


GÂΤ́A USTAVAITI.

Avesta. Gathas.

GÂṪA USTAVAITI

LATINE VERTIT ET EXPLICAVIT

TEXTUM ARCHETYPI

ADHIBITIS BROCKHAUSII, WESTERGAARDII ET SPIEGELII EDITIONIBUS

RECENSUIT

Dr. C. KOSSOWICZ

SANSCRITARUM LITERARUM IN CAESAREA LITERARIA UNIVERSITATE PETROPOLITANA PROF. P. ORD. CHARKOWIENSIS UNIVERSITATIS ET SOCIETATUM ARCHAEOLOGICAE PHILOLOGICAE PETROPOLITANARUM ASIATICAE PARISIENSIS NEC NON ORIENTALIS GERMANICAE SODALIS

PETROPOLI

EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO WLAD. BEZOBRAZOW ET SOD.
(WAS. OSTR., 8 LIN., No. 45.)

IMPENSIS CAESAREAE UNIVERSITATIS

MDCCCLXIX.


LC Control Number
tmp96 031292

EXCELLENTISSIMO ILLUSTRISSIMO HUMANIORI DOCTRINA ATQUE CIVILIBUS VIRTUTIBUS ORNATISSIMO VIRO

LIBERO BARONI

MODESTO A KORFF

SECTIONIS LEGUM CONDENDARUM IN SUMMO IMPERII RUSSICI CONSILIO PRAESIDI POTENTISSIMI OMNIUM RUSSIARUM AUTOCRATORIS STATUS SECRETARIO ETC. ETC.

OLIM CAESAREAE PUBLICAE BIBLIOTHECAE ANTISTITI CLARISSIMO

ANTIQUISSIMORUM ṢARAT̔USTRICAE RELIGIONIS ARCANORUM EXPLICATIONEM

ANIMI GRATISSIMI TESTIMONIO

DESPONDET

AUCTOR.

Ad clarissimas victorias, quas labor assiduus ingeniumque recentioris temporis hominum de remotissimorum seculorum tenebris reportaverit, monumentorum Airyanae linguae religionisque, quae iis continetur, explanationem certissimo jure referri debere nemo est, qui infitias eat.

Quodsi in talibus capessendis ad me etiam aliquid redundaverit, Tibi hoc imprimis, Vir honoratissime, debeo, qui, ante hos viginti annos, me, nedum de facie quidem notum uniceque discendi amore probatum, ad obeundum in Caesarea Publica Bibliotheca ultro a Te creatum munus vocasses, cui cum maxima voluptate vacando, omnibus jam impedimentis solutus, ad plenam animi vo-

luntatem, amoenissimos Musarum lucos frequentare sacrisque earum et cultui adesse totoque pectore delectari potueram.

Neque postea, quum summis academicis honoribus dignatus amplissimoque CAESAREAE Universitatis Professorum Ordini adscitus fuerim, tuus eximius in me et in studia mea favor et benevolentia, quibus gloriari mihi fas est, unquam me destituerunt.

Quae tanta tamque magna beneficia quomodo aliter a me compensari possent, nisi fructum aliquem Tibi, Vir honoratissime, afferendo, quem in laetissimis, mihi benignitate Tua apertis, campis decerpsissem?

Si cum munusculo meo tardius, ac animi maximum desiderium fuit, Te, Vir honoratis-

sime, advenio, causa erat dignum aliquod, pro virili, Tuis maximis meritis afferre voluisse; quam animi confidentiam nullo modo aliter, nisi a studiorum horum choragis anteriorum laborum meorum speciminibus probatis, concipere potui.

Nunc haud aspernare accipere, Vir honoratissime, quamvis parva, quae tamen non absque delectatione aliqua nobilem animum Tuum detentura spero; quippe in his antiquissimorum hominum cultum neque *ἐν τοῖς φαινομένοις* delitescentis, neque agentis eorum ope, sed creantis *τὰ φαινόμενα*, unius, justi, benigni et omnipotentis Dei perspicies.

Omnia haec, Vir honoratissime, boni consulas, faxitque Deus Optimus Maximus, ut

patria, de qua semper bene meritum Te praestas, familiaresque et amici, quos pulcherrimis animi dotibus Tibi in aeternum devinxisti, prospera, per longam annorum seriem, valetudine Tua gaudeant.

Tibi,

Vir Illustrissime,

addictus

Tuique nominis piissimus cultor

Cajetanus Kossowicz.

Dabam PETROPOLI Idibus Aprilibus MDCCCLXIX.

PRAEFATIO.

In adornando hoc Ṣaraϑustricorum carminum secundo libro minime ab interpretandi methodo et ratione, quas in opusculo anteriore [1] exhibui, recessi; si enim talibus viris, ut Spiegelio et Justio, probentur, vulgariorum flagitationibus et commodis indulgere non debui. Quod ad ipsam rei materiem, eosdem paucissimos quidem, sed uberrimos fontes in classicis archetyporum Westergardii, Spiegelii, Brockhausii editionibus, eademque praestantissima laborum adminicula in Spiegelii et Justii clarissimis operibus habui, quibus novissime, quum jam quatuor libelli folia excusa, cetera autem plagulis typotheticis composita essent, 2-da Spiegelii in totum

[1] Gâϑa Ahuravaiti. Petropoli. MDCCCLXVII.

Avestae Corpus Commentarii [1] pars accessit, benevolumque lectorem animadversurum confido, me etiam has vastissimae eruditionis et sublimioris ingenii fodinas, tum in reliquis operis foliis, tum in Addendis, in meam et lectorum rem, quoad potui, vertisse. Quae religionis fuit praemonuisse, ne putent qui de libris, nisi titulis inspectis, judicent, me e consulto opera alicujus, earundem gâϑarum explicationem spectantia, silentio praetereundo et quasi ignorando, aliena studia et quaesita pro peculiaribus venditare in animo vel habere, vel unquam habuisse. Commodo bonorum hominum sat esto notasse, me, quum primam Ṣaraϑustricam gâϑam ediderim, certe non potuisse quin vocem *gâϑa* in fronte libri posuissem: ultra vero nil cum meis aliorumque in hac re lucubrationibus duo libelli, eodem fere notati titulo, commune habent, quum nisi mentis male sanae phantasmata stolidaeque arrogantiae tristissimum specimen prae se ferant, verborumque Latinorum et

[1] Commentar über das Avesta von Friedrich Spiegel. Zweiter Band. Vispered, Yaçna und Khorda-Avesta. Wien, 1868.

Germanicorum incongrua et inconcinna farragine nescio quid vel maxime absurdum, sed minime gâϑas Ṣaraϑustricas referant. Quum sic de hisce libris, neque aliter unquam senserim, minime, puto, crimini erat mihi vertendum de scriptionibus, quae in gâϑa ahunavaiti explicanda nulli utilitati mihi fuerint, nullam etiam mentionem fecisse; in praesenti opusculo eandem de iisdem silentii mei causam viros rerum ejusmodi curiosos agnoscere velim.

Quae mea de Ṣaraϑustricis gâϑis sit opinio, in praesentia itidem disserere abstinendum mihi putavi, quum, reliquarum explicatione absoluta, forsitan tutius erit, adhibitis aliorum lucubrationibus, mea etiam ex parte, aliquid de Ṣaraϑustricae religionis indole, ut haec e gâϑis nostris elucet, conscribere; tunc etiam, quae ad prioris gâϑae explicationem spectantia vel ipse, post librum publici juris factum, invenerim, vel ab Airyanae linguae studiosis viris edoctus fuerim, in lucem efferre magis mihi in promptu erit. Nunc vero nil mihi est optabilius, quam ut opusculum venera-

bilium Airyanae linguae monumentorum debitae explanationi quantulumcunque conducat, utque a doctis, quibus haec studia cordi sunt, viris pari excipiatur benevolentia, ac anteriora mea jam sunt excepta, postquam neque minorem industriam et diligentiam, neque animi devotionem minus alacrem et promptam in hoc etiam perficiendo posuerim.

Quod superest, almae Universitati pro impensa ad opusculum publici juris faciendum collata, Bezobrazowiani typographei Praefectis humanissimis pro cura in hoc elegantissime excudendo re et effectu probata, fratri denique carissimo, Ignatio Kossowicz, pro oneroso labore in praeviis typotheticis plagulis perlegendis mihi liberalissime insumpto, maximas sincerrimasque gratias ago.

C. Kossowicz.

INTERPRETATIO

ET

COMMENTARII

I.

RATIONES DEI COGNOSCENDI.

I.

RATIONES DEI COGNOSCENDI.

Precatio de valetudine et prosperitate, ad servandam animi incolumitatem, Ṣaraṭustrae aliisque probis impertiendis; subjunguntur rationes, quibus Ṣaraṭustras ad unicum cognoscendum deum pervenerit. Carmen concluditur voto, quod pro universa generis humani salute a Ṣaraṭustra profertur.

YAŚNA XLII, 1—16.

1.

Salus [laus] isti, cui *cordi est* [simul et: penes quem est] salus *praebenda* unicuique *mortalium* [1].

[1] Quum *ustâ* tam *benedictionem*, *laudem*, quam *salutem* significare possit, primus hic strophae versus triplicem, pari jure, interpretationem admittit, nempe: 1) Laus (adoratio) isti, cui cordi est salutem impertire unicuique mortalium (dummodo scilicet ea dignum se praestent); 2) Adoratio isti, penes quem est (qui facultatem habet) impertire salutem; 3) Salus (i. e. summa facultas impertiendae hominibus salutis) vere est apud istum, cui est curae, id quod unoquoque temporis momento persentimus, eam impertire unicuique hominum. Etiam *kahmâićîd* potest latiori accipi sensu, nempe: Laus isti (vel: salus est apud istum) cui curae est, ut unumquodque in rerum natura, quod laetiore vita et servatione est dignum, servetur. Ṣendicae voces hujus versus sic sunt comparatae, ut nulla, puto, harum interpretationum excludi possit. Bene etiam Neriosenghius: *Sundaraḥ sa yasya śu'bam ke'byas* cet.

*

Ad-voluntatem-regens [nulla aliena voluntate astrictus, omnipotens] Maṣdas largiatur [1] *nobis quae a sua benignitate expetimus* Ahuras. Fortitudinem-et-robur [2] nempe *mihi* a-te [3] *impetranda* desidero [4] Incolumitatem conservare [5]: id*que* mihi impertias [6], o Ârmaiti [7], *inque hoc* [*scil. in integritate*], splendores [8] [potestatem], emolumenta [rerum copiam], Bonae vigorem Mentis [9] [Impertias mihi, o divina providentia, iterum iterumque te rogo, potestatem rerumque necessariarum abundantiam, quibus possessis, tua agens in me caelestis benignitas minime debito vigore suo in terris destituta esse videatur].

2.

Atque [ideoque] illi omnium optimum *omnis* splendidus [conspicuus, in qualibet re excellens] vir splen-

[1] *Dâyâḍ* pot. r. *dâ*, de cujus significatione vide quae annotavi ad y. XXXI, 5.

[2] His vocibus vates simpliciter bonam valetudinem sibi precari videtur. Conf. y XXVIII, 6.

[3] *Tôi*, dat. pron. *tûm*.

[4] West. *vaśĕmî*; Spieg. *vaśĕmê*.

[5] Spieg. et West. *dĕrĕdyâi;* Brockh. *darĕdyâi*, quod expressi. Acc. dualis *utuyûitî-tĕvîśî* potest etiam referri, ut objectum, ad verbum *dâyâḍ*, quo admisso, ad sequens praedicatum *vaśĕmî* subintelligendum esset pron. demonstr. *imâo*, vel aliquid simile, sensu: Ahuramaṣdas largiatur nobis fortitudinem et robur*: has* nempe desidero cet.

[6] *Dâo*, aor. 2 r. *dâ*.

[7] De Ârmaiti vide annot ad XXVIII, 3.

[8] *Râyô*, accus. a *râi*.

[9] Accusativum cum sua determinatione: *gaêm vaṇheus manaṇhô*, ut appositionem causalem vocum *rayô*, *aśîs*, accipio.

dorem [optimum omnium splendorem = unumquemque praestantissimum splendorem, omne quod est pulchrum et splendidum, omnem virtutem et prosperitatem] reddat [1] [reddat illi = ad illum referat, illi tribuat, agnoscens omnem prosperitatem et adeo virtutem ab illo, sc. a summo numine, hominem tenere. — Primi versus strophae junguntur cum praecedenti, sensu: Quum nisi deum de prosperitate nobis impertienda precari possimus, ad illum necesse est omnia nostra referamus omnemque arrogantiam procul a nobis mittamus, memorando nil nostri, omnia dei esse]. Tua *sunt* quaequae [omnia], tua [2], sanctissime spiritus, Maṣda, quae [3] creavisti cum-Sanctitate Benignae sapientia [4] Mentis omni die [5] longaevitatis cum-desiderio [quae creavisti cum de-

[1] *Daidîtâ*, pot. m. r. *dâ*.

[2] Apud Westerg. *t̉wâ ćîćî t̉wâ*, apud Spieg. *t̉wâ ćîćît̉wâ*. Spieg. et Justius, ad traditionis auctoritatem, ille: Offenbare dich, hic: Offenbare, zeige dich, vertunt. Ego utrumque *t̉wâ* pro pron. possessivo accepi; *ćîćî* vero idem fere puto esse quod *ćîćâ* (y. XLVI, 5) Latinoque *quaequae* (a quisquis) respondere.

[3] Westerg. *yâ;* Spieg. *yâo.*

[4] Westerg. *mâyâ;* Spieg. *mâyâo.* Utramque lectionem si cum Justio pro accusativo accipies, vertendum erit: Tua sunt omnia, o sanctissime spiritus, Maṣda, tua, quae creavisti, cum sanctitate, Benignae daedalea-opera Mentis. *Mâyâo* hic idem putaverim esse quod *maya* significationemque, si est accusativus, *operis cum arte et sapientia perfecti* tueri, abstracta pro concreta notione usurpata.

[5] Instrumentales *vîśpâ ayare* determinant instrumentalem *urvâdaṅhâ.*

siderio ut longe vivant, neque etiamnunc ab hoc sanctissimo desiderio tuo vel minime absistis[1]].

[Statuto deum unicum omnium bonorum fontem esse, vates ad precationes redit et postquam sibi, incolumitati servandae, valetudinem atque prosperitatem precatus esset, in sequenti stropha pro viro, qui incolumitatis vias hominibus indicaverit, amplissimas preces fundit.]

3.

At hic bono melius vir adeat [adeat melius bono = sit omnino felix] qui nos rectus[2] salutis vias instituerit[3] hujus mundi corporei spiritusque [sc. vias spiritus. — Sit omnino felix rectissimus vir, qui viam, quae ad salutem perducit, nobis commonstraverit, tum quomodo in hoc mundo vivere nobis par est ratione exhibita, tum et his, quae nos in altera manent, in mentem nostram revocatis, i. e. qui ra-

[1] Instrum. *urvâdaṇhâ* potest etiam non ad Ahuramaṣdam, sed ad creaturas, strictissimoque sensu, ad homines referri, ut sit: quae creavisti cum desiderio ut longe vivant, i. e. quibus desiderium vitae conservandae ipsa natura, per te, insitum est. Sed prior explicatio melius totius carminis tenori ipsique doctrinae ṣaraťustricae respondere videtur. Nec fuerit absonum, si voci *darĕgôǵyâiti* etiam *immortalitatis* notionem hic tribuas.

[2] Expressi ad variantem lectionem Brockhausii. Apud Westerg. et Sp. est *ĕrĕṣûs*, quòd si praefers, sensus phraseos erit: Sit omnino felix, qui nos rectas salutis vias instituerit, i. e. qui quasi aperuit rectissimam nobis viam, quae ad salutem perducit.

[3] *Śîśôiḍ*, pot. r. *śîś*.

tionem, qua vitam hic, ad futuri aevi beatitudinem acquirendam, impendere debemus, exhibuerit] existentia [vera, certa] ad dominia [felix sit vir probus, qui nobis salutis vias commonstraverit ducentes ad dominia —] quae in-colit[1] Ahuras,— *iste vir* munificus [liberalis, largus], tui-similis, bene-sapiens, sanctus, o Maṣda!

[Post precationem pro sancto viro, qui institutor hominum in salutis via exstiterit, ante alias preces, vates summo numini gratiarum actionem offert pro se, dum sanctitati devotus esset, visibiliter dei potentia ab infestissimo inimico servato, indeque potestatis sanctitatisque divinae celebrandae occasionem arripit].

4.

At te non-potui-quin-percepissem[2] fortemque sanctum, o Maṣda, quum hac-ipsa manu, qua tu continės[3] istas, quas designavisti, retributiones malo proboque *homini*, tui calorem *excitavisti* Ignis incolumitate-potentis[4], quando mihi Benignae praedo

[1] *'Saêtî*, praes. r. *ḱśi*. Conf. XXXIII, 5. Praepositionem *â* refert hic Justius, quem sum secutus, ad verbum *śaêtî* (*âśaêtî*); potest tamen haec praepositio percommode etiam ad praecedens relativum (*yeng â*) referri, ut sit: quibus in (sc. in quibus) habitat Ahuras.

[2] Apud Westerg. et Sp. *menghâi*; in var. Spieg. et apud Brockh. *meṇhâi*. Est conj. r. *man*. [3] Westerg. *hafśî*; Spieg. *hufśî*.

[4] Voces *aśâ aoǵaṇhô*, cum Justio, pro composito accepi. Suspicari tamen licet vocem *aśaoǵaṇhô* sonavisse, quod aptissimum ignis ἐπίθετον exhiberet (*praepotentis*).— Objectum *garĕmâ atrô* pendet, per zeugma, a praedicato *dâo*.

venit Mentis [quando me advenit praedo, qui, ut vim incolumitati inferret, sibi in animum induxerit [1]].

[Post singulare personaliterque eum spectans divinae potentiae signum, vates ad universam potestatem dei in humanarum rerum ratione et aequabilitate, quae inde ab initio mundi immutabiles permanserunt, deprehensa, describendam procedit.]

5.

Sanctum at te, o Masda, percepi [2], Ahura, quum [3] te mundi in-nataliciis [4] perspexerim [5] olim [inde postquam clarum mihi factum fuerit te affuisse nataliciis mundi, i. e. te creatorem mundi exstitisse, istoque creato, prae summa benignitate tua, quasi e festo gaudium percepisse [6]], quando creavisti opera

[1] Conf. XXXI, 19 et XXXII, 13.

[2] *Meṇhî*, aor. m. r. *man*. Apud W. *meṇhî;* apud Spieg. *menghî.*

[3] Apud Westerg. *yyaḍ;* ceteri *hyaḍ*.

[4] *Ṣaṇtôi*, loc. s. a *ṣaṇta*. [5] *Darĕśĕm*, impf. r. *darĕś*.

[6] Ad intelligendum sic invitat me significatio vocis *ṣaṇta*, quae metaphorice intelligenda necesse est, quum aliter deus, non *creator*, sed *genitor* universi hic esset statuendus, quod omnibus maṣdaicae religionis documentis plane repugnaret. Vates, mea quidem sententia, inducit hic deum quasi assidentem festo nataliciorum mundi, qui sua suprema voluntate modo est natus, i. e. exstitit. Ceterum ad vocem *twâ* eodem jure, quo *assidentem* vel *praesentem*, etiam *occupatum* subintelligi potest, ut sit, quando te perspexi *occupatum* in nataliciis mundi, quod si minus forsan ποιητικῶς, eundem tamen, quod ad rem, sensum offert, quum significet *operam suam impendentem in nataliciis mundi*, i. e. occupatum in hoc, ut universus mundus fiat,

retributionibus-juncta [1] quaeque *a te* sunt effata [quando creavisti animantia, bonum vel malum faciendi potestate praedita, atque eodem tempore meritas retributiones tum bona tum mala peragentibus assignasti, secundum verba, quae jam tum a te sunt

procreantem videlicet mundum (natalicia essent hic metaphorice pro *creatio*). *Paourvîm* referri hic potest non ad *darĕśĕm*, sed ad *ṣaṇt̔ôi*, ut sit: in nataliciis γενομένοις olim; referendo vero ad *darĕśĕm*, quod facilius foret, putaverim vatem non persona sua, sed ipsa potius mente in haec antiqua, mundi creationi coaeva, tempora, translatum fuisse hic praedicare, dumque se in haec tempora transtulerit, etiam adverbium, antiquitatem visionis suae designans (*paourvîm*), hic jure poetico usurpavisse. Ceterum neminem fugit, quae licentia est vatum in vocum constructione, dum e pectore arcana sua, his unice intenti, promunt, certiusque est nostrum, postquam voces *aṇheus ṣaṇt̔ôi*, quae sunt objectum remotius verbi *darĕśĕm*, jam pronunciaverit eisque praedicatum adjecerit, non potuisse quin adumbrativam harum determinationem, vel in forma quae nisi praedicato determinando proprie inservit, per attractionem, subjunxisset. His addere liceat Airyanum *paourvîm*, ut Sanscritum *pûrvam* et Latinum *ante*, non expresse antiquum, sed praeteritum solummodo tempus designare sensumque praeteritae sui praedicati actionis amplificare videri, quo sensu adverbium hoc usurpatum existimo infra (8) et XXXI, 8, atque eodem sensu etiam hic nil impedit hoc adverbium, mea quidem sententia, usurpatum esse. Denique phrasis *hyaḍ t̔wâ darĕśĕm paourvîm* potuerit etiam verti Latine: quum te perspexerim primum = quum primum te perspexerim.

[1] In var. Westerg. et Spieg. *skyaot̔anâis*. Si haec lectio recipienda, sensus phraseos, ni fallor, esset: quando fecisti *homines* operibus *suis* retributiones accipere debentes (recipientes debitas retributiones pro suis operibus, i. e creatos sic, ut pro operibus suis retributiones recipiant). *Mîṣdavaṇn* hic esset accus. plur. m.

prolata [1]], *quando* malum *assignasti* malo, praeclarum *vero* emolumentum [2] honesto *homini*, tua virtute, creaturae [scil. hominis] in decessu extremo [i. e. post mortem. — Sensus strophae in universum: Sanctissimum te, o summum numen, percepi, quando clarum mihi fuerit te inde ab initio mundi liberum boni et mali faciendi arbitrium, prae summa justitia tua, generi humano concessisse, jam tum, ad ipsam boni et mali indolem et rationem, assignando, quae bonos, post mortem, quae malos sors maneat [3]],

6.

quo, o sancte, tua, spiritus, decessu adveniens *erit* [adveniet] regna [adveniet tua regna] hoc [hoc decessu, quo —], Benigna Mente [post mortem

[1] *Yâćâ uk̓d'â* potest etiam objectum esse praedicati *dâo*; quia efficiendo humana opera, i. e. dando facultatem operum peragendorum (sive, ad annot 6. 5-tae str.,— creando homines operandi facultate praeditos), idem deus *effecit*, scil. auctor extitit, decreti (*uk̓d'anaṇm*) summae justitiae inter homines exsequendae. At melius est voces has, me sentiente, *absolute* intelligere vertendumque: secundum tua dicta, ut a te dictum est.

[2] Accus. *akĕm* et *aśîm vaṇuhîm* pendent, per zeugma, a praecedente verbo *dâo*. Possunt tamen hae voces praedicato *yâćâ uk̓d'â* subjungi, ut sit: Quaeque ex te jam tum sunt dicta, nempe: malo homini malum, bono vero praeclara emolumenta assigno post mortem.

[3] Agitur hic evidenter de judicio singulari, quod unumquemque hominem statim post mortem, e mente vatis, subire necesse est, non de universo judicio resurrectionis tempore, quae notio jam post Ṣarat̓ustricas gât̓as Avestae invaluit, hisque, quamvis traditio aliter senserit, plane est aliena.

illico benigna tua mente in tua regna perveniet] *hic*, cujus operibus animantia Incolumitate increscunt [1]. His [2] [scil. promoventibus in terris integritatem] placita [3] indicat Ârmaitis tui ingenii [Ârmaitis indicat placita tui ingenii], quod [scil. ingenium tuum] non-quis [nemo] fallit [4]. [Sensus: Qui promovendae et augendae integritati inter homines et bonis moribus student, hos ipsa divina in terris agens sapientia instruit de caelestibus placitis excelsissimi ingenii tui, quod nemo fallere, nemo decipere potest].

7.

Sanctum at te, o Maṣda, percepi, Ahura, quum mihi, Benigna *tua* obvenit Mente interrogavitque me

[1] Apud Brockh. *frâdĕnti*. [2] *Aêibyô* dat. plur. pron. *aêm*.

[3] Apud Westerg. et Spieg. *ratûs;* apud Brockh. *ratus*. Ut *placitorum* sive *decisionis ab auctoritate emanantis* sensum voci *ratûs* hic tribuam, monet me Visp. XIV, 2 (XVI, 11), ubi *ratu auctoritatis* sensu obvenit (*qaqmî ratavô*, nach eigner Herrschaft, Sp. et J.). Spiegelius duos ultimos strophae versus, e traditionis sensu, vertit: Armaiti lehrt ihnen die Führer deines Geistes, den Niemand betrügt, verbum *dâbayêitî* non ad *k̓rateus*, sed ad *ratûs* referendo, quod ex sequenti annotatiuncula clarissimi viri ad hunc locum colligo:

Hier springt die Rede aus dem Singular in den Plural über, was sich leicht begreift, wenn man bedenkt, dass auch der Singular collectiv gebraucht wird.

[4] Verba *yem naêčis dâbayêitî* innuere videntur contraria fata hominum malorum, qui, si etiam proborum hominum personam assumpsissent, nil tamen hoc eos juvabit, quum non est, qui deum decipiat.

[quum quasi aliquid obvenit mihi interrogationemque in corde meo suscitavit = quum, facta reflexione, tuae benignissimae clementiae auxilio, memet ipsum sequentibus interrogaverim —]: Quis es? cujus es? quomodo, quod-ad-unumquemque-diem, notas [1] [i. e. agendi rationem, ad quam omnes a summo numine dies sunt quasi descripti] interrogando [2] discam [3] *tum* in-*aliis*-animantibus, *tum*-in *proprio-meo*-corpore [4] [persona, — quomodo discam dierum notas, quae tum alios, tum me imprimis spectant. — Nonne divinum est, si non potui quin interrogam me ipsum: Quis sim? per me-ne ipsum existam, an e nutu sublimioris voluntatis hic pendeo? Quumque in intimo conscientiae meae sinu invenerim minime me hic per me ipsum existere, neque adeo per ipsum me vel minimam etiam corporis mei particulam habere, nonne hoc etiam divinum, si non potui, quin rei explicationem sic a me ipso petam: Quum hic, ut libere agens, inter alias, mei similes, creaturas collocatus sim, quumque unusquisque dies mihi agendi facultatem, summi numinis voluntate, tribuat, nonne

[1] *Dak̔śâra*, *signum*, *nota*, tum hominis officium ad unumquemque diem spectans, tum ipsam naturam humani temporis, quod fluxum est, denotare videtur.

[2] In var. Westerg. est *fraśâyâi*. *Fĕraśyâi*, ad auctoritatem J., est proprie dat. partic. f. pass. (das zu fragende, Fragen); quod ad me, vocem pro infinitivo potius τοῦ *parĕś* acceperim.

[3] *Dîśâ*, f. r. *diś*.

[4] *Tanuśi*, *loc.* a *tanus*.

inquirendum mihi est, ut discam: quid ipse hic dies a me agendum postulat quibusque gestis a me insignitus esse debet? quem fructum nempe ex die tum ego, tum similes mei percipiant? Nonne et in ipsam naturam diei inquirendum mihi erat, qui quum brevis sit ultimisque mihi ad fruendum terminis sit circumscriptus, eo ipso omnes animi vires et promptitudo mihi sunt exserendae, ut hunc, mihi datum beneque a me perspectum, in meam similiumque mei rem vertam? Nonne es sanctus, si ejusmodi interrogationes in animo meo excitas meque ad ea solvenda, non solum meae, sed et humanitatis saluti impellis?]

8.

At ei [Ahurae] dixit [1] Ṣaraϑustras tunc-primum [i. e. postquam humanae in terris conditionis indolem perspexerit]: Manifestus depressor ut potentissimus [2] nocenti [ut potens depressor nocentium], at

[1] *Aoǵî, aor. m. r. aoǵ.* Inversio 1-mae personae in 3-am, me sentiente, plane est hic poetica.

[2] *Iśôyâ*, nom. ab *iśôyan*, quae forma a r. *iś*, quam, in utraque significatione, radici *vaś* cognatam esse puto, descendit. *Iśôyâ*, me sentiente, significat: *agens ad propriam voluntatem, non impedimentis restrictus, victoriosus, potens*, hancque ejus significationem valore vocis *iśvan* confirmari puto. Secundum Justium vox haec significat: *erwünscht*, quod *traditione* comprobari videtur, quam sequendo, vox Latine vocabulo *desiderabilis* vel *desiderandus* (scil. bonis hominibus) verti posset. Justius phrasin sequentibus reddit: offenbar will ich sein als erwünschter Plager dem Schlechten, aber als Freude dem Reinen.

sic innocuo gaudium sim validum, *idque votum eo magis me pronunciandum decet,* quia in ornamenta [1] [amplificationes] summae-divinae-majestatis [2] me-dedo [3] [quoniam me divinae majestati amplificandae devovi], quamdiu [dum] (ad-) [4] te, o Maṣda, -celebro [5] carminibusque extollo [6] [Des mihi hoc beneficium, o summum numen, exclamat Ṣaratustras, ut improbos desperare, bonos vero homines laetari faciam, utpote qui tuae laudi sanctissimaeque voluntati imperioque in mentibus hominum firmandis et exsequendis studebo, quamdiu in me erit carminibus te extollere et celebrare, i. e. quamdiu vivam, quum omnis mea vita nisi laudibus tuis nunciandis addicta esse potest. Strophe cum praecedenti jungitur sensu: Quum a summo numine impulsus sim ad pernoscendum et monstrandum hominibus, sub qua conditione mortale aevum hic agant, quumque ad virtutem exer-

[1] West. *âbûstîs*; Spieg. *â bûstîs.*

[2] Westerg. et Spieg.: *vaśaśî ќsatrahyâ.* Brockh. *vaśē* et in variantibus, *vaśe.* Conf. *vaśe-ќśayaṇs* in 1-ma str. et subst. *vaśôќsatra.*

[3] Westerg. *dyâi*; Spieg. *dayâ*, quod, secundum Justium, est praes. pass. r. *dâ.* Verba haec innuere videntur in ipsum Ṣaratustram, ut virum, ad munus prophetae, de quo mittendo y. XXIX ardentissimae preces effundebantur, recipiendum idoneum ipsaque re paratissimum. Totum hunc versum Justius legit: *hyad â bûstîs vaśaśî ќsatrahyâ dayâ* et vertit sequentibus: wenn ich mich bringe zur Bereitschaft in die Macht der Herrschaft (des Herrschers).

[4] Praepositio *â* refertur hic ad verbum *śtaomî*, vim significationis ejus augendo et amplificando.

[5] *Śtaomî*, praes. r. *śtu.* [6] *Ufyâ*, praes. r. *vap.*

cendam futuramque beatitudinem promovendam hic sint collocati praecipitesque nihilominus in exitium ruant, hoc ego votum pronunciavi tum coram ipso numine, quod me jam tum quasi ad purificandos mortales impulit: Potentissimum ergo perditorem suum me omnes malefici experiunto, benigni autem nuncium gaudii perpetui, i. e. verba mea devoveo ad exstirpandum malum inter hominus, quo radicitus avulso, nisi laetissimae inter illos felicitati erit locus, quamquediu suppetent mihi vitales aurae, quae, tuam magnitudinem celebrando, a me trahuntur, tamdiu, quantum in me erit, ad firmandam in mentibus hominum tuae magnitudinis et potestatis cognitionem contendam].

9.

Sanctum at te, o Maṣda, comperi, Ahura, quum me Bona obvenit Mente istius quod-ad interrogationem[1]: Cui plane-sciendo [2] desideras [3] [quid tibi est maxime desiderabile, ut perfectissime scias?]? at [scil. respondi tum mihi ipsi]: maxime-mihi-cognoscendum-

[1] Justius vocem *fraśem* pro accusativo accipit, quem et ipse secutus sum. Commode tamen hic nominativus esse potest sensu: quum me obvenit interrogatio istius — i. e. quum mihi venit in mentem interrogatio de hoc, *scil.* cui sciendo cet. Locum Justius interpretatur sequentibus: als es mir zukam in Bezug auf die Frage, mit der Frage darnach. Apud Spieg. *fĕraśem.*

[2] *Vîvîduyê* est inf. r. *vid.* Justius: was willst du wissen (*kahmâi* ist von dem Dativ *vîv.* attrahirt).

[3] *Vaśî* est praes. r. *vaś.*

desidero[1] tuo Igni *offerendum* sacrificium adorationis Integrae[2] per-me[3] quantum[4] possum[5] [quantum in me est virium] intelligo*que*[6] [quantum viribus possum quantumque intelligo = quantum corporis et animae dotes mihi ad dignissimum summo numine sacrificium praestandum suppetant [Sensus strophae: Super omnia quae scienda sunt homini, unum mihi maxime desiderabile est, nempe ut sciam, quod donum integrae adorationis sit mihi imponendum super altare tuum, o domine, quae laus, quae mea precatio maxime tibi placeat, quas non desistam tibi offerre

[1] Sub *â* exprimitur hic verbalis notio τοῦ *adesse*, *advenire* cet., cumque hac et notio *desiderii* jungitur, nempe, ut hic: *mihi cognitionem adesse desidero.*

[2] Acc. *ratanm* pendet, per zeugma, a praecedenti infinitivo *vîvîduyê*. — Notetur vatem in hac stropha sacrificium mentis et animae, ut praestantius omni alio sacrificio, cum singulari orationis vi induxisse. — Spiegelius in versione sua retulit *aśahyâ* ad *nĕmanhô*, quod et ego feci. Nerios . jungit vocem *aśahyâ* cum *mâ*, quod efficeret sequentem sensum: desidero, ut cognitum mihi habeam, quod sacrificium adorationis (quam adorationem) tibi offeram quantum in me est virium et sanctitatis (proprie: quantum, sanctitatis ope, valeam et cogitem) voxque *aśahyâ* referretur sic, ut determinativa, ad verba *iśâi manayâi.*

[3] *Mâ* est accus. pron. *asĕm;* sed non possum quin suspicer eandem formam, analogice τῷ *twâ*, etiam instrumentalis sing. pronomen hoc in gâtis habere, quod hic usurpato *mâ* mihi comprobari videtur. Conf. Latinos ablativos: *me*, *te*.

[4] *Yavad* significat tum *quantum*, tum *quamdiu*. Justius vocem hic reddit Germanice: dass —

[5] *Iśâi*, praes. conj. m. r. *iś*.

[6] Westerg. *manyâi*; Spieg. *manayâi*, praes. conj. m.

quamdiu vires, quamdiu intelligentia mea mihi suppetant.]

[Quum Ṣaraṫustras ad dei mandata, humanitatis bono et saluti sit deditus votoque bonorum defendendorum opprimendorumque maleficorum hominum sese obstrixerit [1], idemque primum omnium, idque maximum, sciendum sibi posuerit, quam offerendo adorationem deo cummaxime placere possit, in ulterioribus strophis pergit jam precando, quae maximam partem nisi prophetam, postquam talem se ex intima sui conscientia eruerit, precari par est.]

10.

At tu [2] mihi des [3] Integritatem, utpote mihi [4] *hanc* expeto [5], Ârmaitî [instr.] consociatus [scil. tu] eam*que* perfectam [Des mihi, o summum numen, summa sapientia consociatum, animi integritatem, eamque, quippe a vobis descendentem, perfectissimam, utpote de hac mihi impertienda te imprimis invoco, ad te cum precibus meis confugio], interrogaque nos [i. e. suscita in nobis interrogationes] quae tibi [per te] a-nobis-interrogationes *faciendae sunt* [6]

[1] Vide 8-vam str.
[2] In var. Brockh. *tûm;* alii *tû.*
[3] *Dâis,* conj. r. *dâ.*
[4] *Mâ,* accus. pron. *aṣĕm.*
[5] *Saoṣaomî,* praes. r. *ṣu.*
[6] Ut quas ex. gr. interrogationes in pracedentibus, 7-ma et 9-na, hujus carminis strophis, vates, e ṣaraṫustrica religione, favente deo, solverit. *Ehmâparstâ* pro nomine composito accipio. (Vide Spiegelii: Gram-

[sitque in nobis de omnibus, quae in mentibus nostris offuscata jacent dubiaque paene jam sunt facta, integerrime quaerere semperque, eo ipso, ex intima conscientia nostra clarissimum sanctae veritatis, quae a te nobis insita est, responsum obtinere], interrogatum enim a-te ut-nempe istud potentium *est*[1] [est ut istud interrogatum, quod a *potentibus* interrogatur, scil. a potentibus solvere quaestiones propositas; quae enim, debilitati nostrae ignoscendo, nos interroges, i. e. facies nos, summa benignitate tua, quasi te praesente, nosmet ipsos interrogare, quaeque nihilominus, ut quae diviniora, tua sunt, quum ipse et respondere nobis ad summam veritatis normam par es, non potest quin ipsa benignissima quaestione tua, cor nostrum, in quo veritas abstrusa latet, totum illico illustretur], quoniam per-te-[2]potens [i. e. potens factus, solutis, te assistente, a te maximi momenti

matik der altbaktr. Sprache, p. 372.) Sententiae *yâ tôi ehmâparstâ* praedicatum *hĕnti* (sunt), vel aliud simile, facillime subintelligitur. J.: frag uns die Fragen, welche du an uns hast, quae interpretatio erit recta, si *ehmâ* cum clariss. viro pro accusativo accipies.

[1] *Yat̔anâ taḍ emavantaṇm* est comparatio attributiva, in Hebraica grammatica sub nomine *Kaf veritatis* nota, cujus exemplis scatent Hebraeorum sacri, Prophetarum imprimis, libri. (Conf. ex. gr. Ezech. XXVIII, 3: ותתן לבך כלב אלהים).

[2] *Twâ* est hic instrumentalis pron. *tûm*, quem pro primo articulo nominis compositi (analogice τῷ *ehmâparstâ* in 3-o hujus strophae versu) *t̔wâk̔śayaṇś* accipio. Ceterum, voces, vel absque compositione, eundem sensum praebent.

suggestis interrogationibus] votum *suum hic* perficiet [1] forte [2] [efficax, quod necessario eventum capiet. — Sensus strophae: Omnia infortunia in genus humanum, quae gens optimorum fratrum esse debet, irruerunt, postquam homines tum suae fraternitatis, tum potentissimae indelebilisque veritatis, quae in legibus creatoris sitae sunt, sunt obliti, cum veritate autem, ipsa justitia et integritas, *τὸ aṣ̆ĕm*, homines reliquerunt. Restitue nobis amissam divinam justitiam, facque nos, nunc infirmos et debiles, suggestis a te quaestionibus eorumque verissima solutione, potentissimos, ut hoc in aeternis decretis tuis fuit, quoniam sic potens factus per te non est quin omnia vota sua assequatur].

11.

Sanctum at te, o Maṣda, comperi, Ahura, quando me Bona obvenit Mente, quod [3] vestri-ipsorum [4] dictis edoctus fui [5] olim [6]: difficultas *est*, mihi prae-

[1] Apud Westerg. et Spieg. *dyâḍ;* in var. Westerg. et Brockh. *dâyâḍ*, quod est conj., sive pot. r. *dâ*.

[2] Non puto quemquam longe a veritate aberraturum, si ponat hic Ṣaraṫustram, ut de veritatis interprete, de se ipso κατ' ἐξοχήν loqui.

[3] Westerg. *yyaḍ;* Spieg. *hyaḍ*.

[4] *'Kṡmâ*, instr. plur. pron. *tûm*. Formam hanc pron. pers. hic cum Spiegelio (Gramm. d. altb. Spr. p. 371) ad compositum nomen efficiendum usurpatam accipio. Conf. *ehmâparstâ* in strophа carminis 9.

[5] *Dîdaṇhê*, praes. pass. r. *daṇh*. Apud Spieg. *dîdaiṇhê*.

[6] De adverbio *paourvîm* vide annot. ad str. 5.

cepisti, inter-homines devotio [1] istud efficere [2] [ad efficiendum istud], quod mihi *a te* est dictum [3] optimum [Nonne sanctus es ipso monitu, ut caveam putare adeo facile esse homines ad meliorem vitam moresque sanctiores perdúcere ipsumque divinae veritatis aspectum quasi sufficere, ut se renovatos et plane quasi ad eam refectos coram summo numine praestent: malis artibus quippe assueti, etiam veritate perspecta, in nefas ruere pergunt, multusque exhauriendus erit labor, ut re, non verbis, ad exercendam, a summo numine revelatam, virtutem redigantur];

12.

quodque [postquam] *autem* mihi dixisti [4]: Incolumitatem aggrediare [5] penitus — at tu [6] mihi non non-audita [i. e. quae ne auditioni hominum submissa, quae ab eis spreta vel neglecta essent] injunge nunciare [7] [Postquam extremus labor est —

[1] Justius: dass eine Schwierigkeit ist die Verbreitung (des Gesetzes).

[2] *Věrĕṣidyâi*, infin. r. *varĕś*.

[3] *Mraotâ*, imperf. m. (passive) r. *mrû* (ad auctoritatem Justii).

[4] *Mraos*, imperf. r. *mrû*.

[5] *Ǵaśô*, imperf. r. *ǵaś*.

[6] Apud Westerg. et Spieg. *tû;* in var. Brockh. *tûm*.

[7] *Uṣirĕidyâi* est inf. r. ir.; in variantibus Brockh. est *uṣarĕdyâi*. Justius: befiehl mir nicht mich zu erheben. Ut formae huic rad. *ir transitivum* sensum tribuam, monet me tum infra (str. 14) eadem forma transitive, etiam ad traditionis explicationem usurpata, tum facillime a transitivo praedicato objectum *aśrustâ* dependens, tum denique frequentissimus cognatae sanscritae radicis *îr* cum praepos. *ut*, sensu *enunciandi*, *loquendi*, usus.

quod non me latere, o summum numen, passus es — humanos mores ad veritatis normam reficere[1], nunc, quum me ad opus incolumitatem inter homines omnino stabiliendi impellis, ne mihi injungas, ut praedicem quae homines, prae imbecillitate sua, non audient] ante quod me[2] adveniet[3] Śraośas innocuus, Fortitudine consociatus[4], quae[5] [fortitudo] vestri [plur. majest.] beneficia ambobus-pugnantibus[6] saluti

[1] Conf. y. XXVIII, 5.

[2] *Môi*, dat. pron. *aṣĕm*.

[3] *Âǵimad*, imperf. r. *ǵim*. Justius: ehe für mich gekommen ist.

[4] Ad traditionis explicationem innuitur hic Vîstâśpas, quod non plane absonum. Conf. y. XXIX, 9.

[5] Rel. *yâ* pro nominativo sing. f. accepi, referendo illud ad praecedens substantivum *mańṣara*. Si praefers in hac forma cas. instrumentalem gen. n. videre, subjectum praedicati *vîdâyâḍ* erit non substantivum *mańṣara*, sed *śraośô*, vertendumque: quo (instr.) *ille* vestri beneficia bellatoribus saluti vertat. Utraque interpretatio minime, quod ad rem, sensum strophae immutat, qui, hac vel alia syntactica ratione praelata, nil de claritate sua perdit minimeque fit obscurior; jus vero grammaticum utriusque interpretationis pariter, si quid video, incorruptum permanet, quum exempla instrumentalis sing. rel. *yâ* in gâṫis possint nisi cum maxima difficultate in dubium vocari (vide Spieg. Gr. d. altbaktr. Spr. p. 375). Sensus enunciati: ne injungas me legis tuae verba hominibus nunciare, antequam Śraośas (Vîst.) nos advenerit, quae, per absentiam ejus, deficientibus mihi viribus, *aśrusta* permanerent, i. e. irrita facta essent, dum mortales minime iis aurem praeberent.

[6] Apud Spieg. et in var. Westerg. *rânôibyâ;* apud Westerg. *rânôibyô*. Evidenter agitur hic de iisdem pugnantibus, pro quorum salute vates precatur etiam XXXI, 3 (vide annot.) et alias. Si praefers lectionem *rânôibyô*, quae nisi uno codice nititur, intelligendi erunt *bellatores* vel *propugnatores* cum sensu nimium vago neque ad poeseos ṣaraṫustricae mores, si quid video, accomodato, etiam si homines *cum malo pugnantes* vatem denotare admittas.

efficeret [1] [quae fortitudo efficeret, ut beneficia vestra saluti sint nostris bellatoribus. — Ne me injungas in difficillimam arenam, divina hominibus nunciandi, progredi, antequam Śraośas Potestate consociatus praesens operi meo adsit, i. e. antequam hominum mentes, benignissima tua potestate, penitus sint paratae ad divinum votum tuum, per meum os, excipiendum; dum nisi hac potestate pugnantes inter se etiamnunc fratres ad jus et decus reducentur vestrisque beneficiis, quae occaecati non persentiunt, frui denique propriae eorum saluti incipient].

13.

Sanctum at te, o Maṣda, comperi, Ahura, quando me Bona obvenit Mente duas-naturas [2] pernoscere [3] humani-studii; hoc [scil. studium] mihi detis [4] per-

[1] *Vîdâyâd*, pot. r. *dâ.* Justius: welche eure Segnungen zum Nutzen lenken wird.

[2] *Arĕtâ* Justius accipit pro plur. vertitque phrasin *ărĕtâ kâmahyâ* vocibus: die richtige Lenkung des Gesetzes.

[3] *Vôiṣdyâi*, inf. r. *vid.* Traditio, Spiegelio et Justio sequentibus, tribuit huic infinitivo sensum transitivum (docere, lehren). Enunciatum *arĕtâ vôiṣdyâi kâmahyâ*, ut pendens ab incipiente stropham *sanctum te comperi, quando venit mihi in* mentem, i. e. quando volui —, utque proximum ejus objectum, accepi. At potest infinitivus *vôiṣdyâi* etiam infinitivi absoluti sensum habere: Sanctum ego te comperi, quando hoc mihi venit in mentem: cognoscere duas naturas humani studii, hoc mihi detis —, i. e. dum utriusque studii naturam cognosco, hoc mihi detis —, in hoc sustineatis me, quod immortalitatem praebet cet. Sed durior forsan constructio esset.

[4] *Dâtâ*, aor. 2 m. r. *dâ*

petuae vitae [scil. quod ad vitam perpetuam, i. e. ad aeternam beatitudinem perducit], quod [scil. studium, causa pro effectu expressa] a-vobis non-quis [nemo] extorquet [1] [dum humanae sortes non ad deum, neque ad fatum, sed ad ipsius hominis liberum agendi arbitrium sunt referendae], exoptatissima [2] creaturae [3], quae [*subj. in plur. cum praedic. in sing.*] tuo in-regno sunt-dicta [4] [decreta. — Nonne sanctus es, quum excitavisti in me desiderium penitus utriusque, quod genus humanum occupat, studii, nempe boni et mali, naturam et leges perquirere. O summum numen, des, ut permaneam in studio boni colendi et exercendi, quod homini immortalitatem et beatitudinem efficit, quas neminem sponte sibi rapere fas est; des haec, quae unice vel maxime expetenda creato a te homini, merenda ab illo, in sanctissimo tuo decrevisti caelo].

14.

Quod-si vir amico sapiens potestate-fruens daret [5] *aliquid exoptatissimum*, *idem*, mihi, o Masda, tui [a te] gaudium *est* perfectum [ut exoptatissimum donum potentissimi sapientisque amici, sic, ut tibi sim probatus, mihi exoptatissimum est]: quod *ergo*

[1] *Dârstaitê*, praes. m. r. *dârst* — *darĕs*. Justius: er erhält (Lohn).
[2] Westerg. et Spieg. *vairyâo;* in var. amborum et apud Brockhausium *vairyâ*. [3] *Śtôis*, gen. a *śti*.
[4] *Vâći*, aor. pass. r. *vać*. [5] *Dâidìd*, pot. r. *dâ*.

tuo imperio Sanctitate ex [ex Sanctitate] *jam* sunt decreta [1], *fiat, ut par sim* efferre [2] ego verba *tuae* legis cum his omnibus, qui tibi [tua] verba meminerunt [3] [Quumque quod est inter bonum et malum discrimen sciam, scientiamque hanc nisi tibi, o summum numen, debeam, tua benignitate etiam aliis caelestes leges tuas revelare desiderio ardeo, munusque hoc mihi imponendum non solum non recuso, sed, ut gratissimum donum, quale aliquis potentissimus vir dilectissimo amico suo facere possit, a te, o summum numen, expeto. Sit mihi datum, ut caelestis legis tuae verba dominantia, scilicet coram hominibus ad recipienda ea paratis, resonent, idque quum me, tum his, qui minime tuam sacram doctrinam obliti sunt, auctoribus].

15.

Sanctum at te, o Maṣda, comperi, Ahura, quando me Bona obvenit Mente: „Quilibet-instruit [4] recta-intelligentia [instructio non proficit nisi recta rerum intelligentia]; quieta mens [consilium] optima *est;* non vir primarius [i. e. elatioris ingenii vereque probus]

[1] *Franstâ,* partic. perf. p. plur. n., conjectante Justio, a. r. *aṣ.* Justius: da von dir befohlen ist.

[2] *Uṣirĕidyâi,* inf. r. *ir.* Justius: will ich aufmuntern zur Verbreitung der Lehre.

[3] Westerg. *marĕntê;* Spieg. *marĕntî.*

[4] *Dak̆sad,* impf. r. *dak̆s.* Justius: er lehrte (mit Verstand). Formae huic sensum Graeci aoristi, in sensu actionis, quae *solet esse* usurpati, tribui.

malefici erit [1] curans" [se accomodabit ad maleficum, malefici benevolentiam captabit, i. e. minime se, malefici placandi causa, ad mores ejus conformabit]; at tibi omnes perversos incolumes fecerunt [2] [aetatis meae homines perversis, ut sanctis, usi sunt, illos, aeque ac bonos et innocentes, venerantur. — Nonnisi per te, o summum numen, etiam ad hanc intimam animi persuasionem perveni nisi huic, qui ipse sapiens est, datum esse etiam alios cum aliquo fructu docere posse, ideoque sapientiae imprimis omnem curam esse impendendam, sapientiamque quum acquiri, tum et impertiri, nisi quieto nullisque studiis vexato animo, nullamque potestatem virum, qui vere in sapientia profecit, ad blanditias improbitati ministrandas commoturam. Quumque haec sint certissima, attamen nostri homines omnes improbos et sceleratos, ut sanctissimos, etiamnunc excipere pergunt];

16.

sed, o Ahura, iste caelum Ṣaraͨtustras sibi-elegerunt [3], Maṣda, incedit [4] quique maxime-probus [sed Ṣaraͨtustras, o Ahuramaṣda, aliique qui se, te coram,

[1] *ͨQyâd*, pot. r. *ah.*

[2] *Âdare*, perf. r. *dâ.* Justius: dann macht man dir alle Bösen zu Heiligen.

[3] *Vĕrĕntê*, praes. m. r. *var.* Quod ad rem, conf. XXVIII, 4.

[4] *Yêśtê*, praes. m. r. *yaś.*

o summum numen, vere probos homines praestant, non terrestribus maculis emolumenta conspersa, sed caelum, ut aeternam exoptatissimamque sibi patriam normamque, quae hic caelites deceat, agendi unice totoque pectore sunt amplexi. Horum votum est —]: omne-corporeum purum sit [fiat purus unusquisque corpore hic a te dotatus homo] anima potens [fiat purus, postquam vere animo suo potens, ut qui errorum tenebricosos vicisset impetus, factus sit [1]]; solem-spectante in-dominio sit Ârmaitis [quumque homines puri animoque potentes sint facti, in toto hoc, sole a te collustrato, mundo regnet perfecta sapientia]: prosperitatem factis [*instrum.*] Benigna impertiat Mente [revocatis hominum incolumitate potentiaque animi, non potest quin inter eos regnet divina sapientia, quae, ipsorum factis, largiter eis praebeat Benignissimi Spiritus, qui tunc eorum erit, ope omnia emolumenta felicissimae vitae [2]].

[1] Vel: fiat purus, quumque factus sit purus, integritatis virtute possideat victorem potentemque animum.

[2] Hic est internus sensus versuum, quibus vates carmen suum concludit, sed voces duorum ultimorum versuum sic sunt comparatae, ut instrumentalis *skyaotanâis* etiam pro operibus Armaitios, voces vero *vohû mananhâ*, quum Benignitatem ejusdem Armaitios significare, tum etiam pro adjutore et quasi socio ejus in hominibus felicibus reddendis, pro Ahurae scil. ipsius benignissimo spiritu, accipi possint, in quibus omnibus quasi diversos gradus (κλίμακας) ejusdem sensus intelligendi, si fas est uti verbo, ad diversa adaptatos audientium sive legentium ingenia, vates mihi expressisse videtur.

II.

DEUS EST CREATOR ET MODERATOR UNIVERSI DEPRIMENDIQUE QUI DESIDERIO PROPHETAE OFFICIUNT.

II.

DEUS EST CREATOR ET MODERATOR UNIVERSI DEPRIMENDIQUE QUI DESIDERIO PROPHETAE OFFICIUNT.

Yaśna XLIII (XLIV), 1—20.

[Quum interrogationes, de quibus suscitandis in praecedenti carmine vates noster precatus esset (str. 10), divinioris sint naturae solvique etiam nisi per deum, in intima hominum conscientia, possint, vates, ad gravissimas harum solvendas, recta jam ad summum numen refugit luculentissimamque earum seriem (quae passim, sub hac specie, etiam piissimae precationes ejus sunt [1]) in carmine hoc evolvit, ita tamen ut unaquaeque ejus interrogatio, fortissimis ibi logicis argumentis latentibus, responsum etiam contineat interrogatioque sic, quasi divino afflatu, simul et responsio esset].

[1] Ipsa radix *parĕś*, in Airyano sermone, non solum *interrogandi*, sed et *rogandi*, *supplicandi*, notionem tuetur (conf. in Slavicis linguis *прос-итъ* et *с-просъ*, *во-просъ* cet.; eademque radix Latine *prec-ari*, *rog-are*, Germanice *frag-en* sonat).

1.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura, precatione [1] (ad-[2]) quomodo -adorem [3] vestri-similem [4], Maṣda, grato-homini [sc. mihi] tui-similis [5] [tu, ut par tibi est] indicet [6] mei-simili [i. e. mihi, quantum me tali beneficio dignari par est, — indica mihi id, o summum numen, quibus precibus dignum est, ut te adorem [7]]; at nostri, Sanctissima-integritate *tua*, amico [8] dare [des] opportuna-auxilia, ut nos (ad-[9]) Benigna -veniat [10] Mente [ut nos adveniat tua benigna mente [11]. —

[1] *Nĕmaṇhô*, gen. subst. *nĕmaṇh.*

[2] Â refertur ad vocem *nĕmê.* Si praefers hanc praepositionem jungere cum substantivo *nĕmaṇhô*, sensus phraseos erit: interrogo te de precatione, quomodo adorem, i. e. interrogo de precatione, qua dignissime te adorem cet.

[3] Apud Westerg. et Spieg. *nĕme*; in var. Brockh. *nĕmê*, quod expressi. Justius pro acc. subst. *nĕmaṇh* vocabulum accipit; retuli id ad verbalem rad. *nam*, cujus praes. ind. m. forma mihi esse videtur.

[4] *'Kśmâvatô* est gen. a *'kśmâvaṇd.* Justius 2-dum strophae versum Germanice reddit sequentibus: sammt dem Gebet *(nĕmaṇhô)*, wie das Gebet (*nĕme*) für euresgleichen.

[5] De *objectivitatis* similium pronominum in gâtis sensu vide quae annotavi ad XXXIV, 2. [6] *Śaqyâḍ*, pot. r. *śaq.*

[7] Conf. y. XXVIII, 11; XXXIII, 8; XXXIV, 12, cet.

[8] Apud Westerg. et Spieg. *fryâ*, quod Justius pro nom. plur. accipit; in var. Westerg. et apud Brockh. *fryâi.*

[9] Praepositionem *â* refero ad verbum *ǵimaḍ*, quae pari jure etiam ad pron. *ne* referri possit.

[10] Westerg. et Spieg. *ǵimaḍ*; Brockh. *ǵamaḍ.*

[11] Difficile est statuere, si lectio est vera, qui sit ille vir, de cujus *regressu*, quum lectio haec notum eum carminis auctori fuisse senti-

Des, o summum numen, ut precatio nostra, quum nos, qui tibi animo devotissimi sumus, tum te, qui erga creaturas tuas es benignissimus, sit digna tibique placeat, primumque omnium, de fausto regressu amici nostri, cujus absentia etiamnum vehementissime afficimur, tibique, o clementissimum numen, ardentissima vota offerimus].

2.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quomodo mundi optimi initium [quomodo in optimum mundum nobis ingredi fas erit? quae est via, quae ad beatitudinem perducit? est-ne, vel cogitatu, alia nisi quae nobis tuis benignissimis legibus indicatur?]? quomodo [1] servatum-iri [2] qui haec-duo [quietum scil. animae statum in hac, et beatitudinem aeternam in altera vita] desiderat? [3] Ille [Ahura-maṣdas,

endum suggerit, sive *adventu*, quod verbo *âǵimaḏ* est propius, initio precandi, carmen suum vates incipit. Sub *frya* intelligendus est hic probabiliter idem maṣdaicae religionis fautor et propugnator in quem innuitur in 16-ta et de quo forsan agitur in 9-na hujus carminis stropha. Istum vatis nostri amicum non alium quam Vîstâśpam statuerim, de quo, ut videtur, auxiliatore Ṣarat́ustrae mittendo etiam *gâus* y. XXIX, 9, ut ad hanc ibi stropham annotavi, precatur.

[1] Apud Westerg. et Spieg *kât́e*; in var. Spieg. *kat́â*.

[2] *Śûidyâi*, inf. r. *śu*. Just.: wie ist dem zu nützen.

[3] *Paitiśâḏ*, impf. r. *iś*. — Interrogatio haec simul et responsum continet estque aliquo modo *apodosis* duorum ultimorum strophae

Deus] quippe, Summa-integritate, sanctus, continua-ascensione [1] [quasi aliquod caeleste numen, quod continuo prae oculis ascenderet, i. e. in unoquoque universi atomo, evidentissime, visibiliter] omnibus [qui voluntatem scil. habent illius aspiciendi] protector animo [omnibus sanctus protector animo = sincerrimo animo omnes homines servandos desiderans], quod-ad-mundum dupliciter [2] *creatum* [tum in hac, tum in altera vita], amicus *est*, o Maṣda! [3]

versuum, quae quasi *protasin* ejus efficiunt, quum sensus internus duorum versuum, ex vatis fide et devotione, nullus nisi hic potest esse: Non est aliter servari nisi per te, o summum numen, nisi sanctissimis legibus tuis observandis: hoc ipsa omnium bonorum conscientia te coram, ipsa tua voce, quae in cordibus nostris resonat, ut certissimum, affirmo.

[1] Apud West. et Spieg. *ĕrĕk̓tĕm*; in var. W., Sp. et apud Brockh. *irik̓tĕm*, quod expressi. Justius lectionem *śpĕntô ĕrĕk̓tĕm* reddit sequentibus: (du bist) der Heilige gegenüber dem Vergehen, oder concret gegen den Sünder. Vox *irik̓tĕm* occurrit compos. in Mit̓ra 67 (*huirik̓tĕm*), qui locus forsan lectioni a me praelatae aliquem valorem addere potest. Quod ad y. XXXII, 7, ubi expressi *irik̓tĕm* vertique Latina voce *exitium*, nunc lectionem hanc, ad normam Spiegelii et Justii, in *ĕrĕk̓tĕm*, vocemque versionis meae *exitium*, quod est erroneum, itidem ad clarissimorum virorum explicationem, in *scelus* mutandam corrigendamque velim.

[2] Apud Westerg. *ahûbis*; apud Spieg. et in var. West. *ahûm bis*. Conf. y. XXXI, 19.

[3] Conf. similis objectivitatis exemplum in Mit̓ra (ex. gr. 109), ubi Mit̓ras, ut hic summum numen, coram eodem Mit̓ra, quasi coram alia persona, praedicatur.

3.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quisnam genitor, pater *est* Sapientiae [1] primus [2] [quis est, quaeso, mirabilissimae sapientissimaeque, qua omnis mundi machina continetur, aequabilitatis auctor et sustentator?]? quisnam soli [3] stellisque [4] dedit [posuit, fecit [5]] iter [quis descripsit vias, quibus sol stellaeque sibi assignatas migrationes per immensum spatium continenter perficiunt?]? quis *est* quo [per quem] luna increscit decrescit*que alius* te [quis est alius, quam tu, per quem increscit [6] et decrescit luna?]? Haec-quidem, Maṣda, desidero [7] aliaque scire.

4.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura, quisquaeso sustinet [8] [ad verbum: sustentator est] terram-

[1] *Aśahyâ*, gen. ab *aśa*. Quod ad valorem et significationem τοῦ *aśĕm* vide annot. ad y. XXIX, 1 et in *addendis* ad p. 15.

[2] W. et var. Sp. *paouruyô*; Sp. et in var. W. *paouruyê*; Brockh. *paourvyô*. In. var. Sp. est *paoiryô*.

[3] *'Qeng* est accus. subst. *qeng*.

[4] *Śtarĕm*, acc. s. (collective) subst. *śtarĕ*. In var. Spieg est *śtrengćâ*.

[5] *Dâḍ*, aor. r. *dâ*. Vide annot. ad. y. XXXI, 5.

[6] Apud W. et Sp. *uk̆śyêitî*; in var. W. *uk̆śyêitê*.

[7] Apud W. et Sp. *vaśĕmî*; in var. W. et Sp. *vaśĕmê*.

[8] *Darĕtâ* nom. vocis *darĕtar*. Apud W. et Sp. *dĕrĕtâ*; in var. Brockh. *darĕtâ*.

que fulcrisque-non-innixa [1] *caelestia lumina* a-casu [2] [ne in inane, in vacuum ruant]? quis *sustinet* aquas plantasque? [3] quis cum-ventis nubibusque junxit [4] rapiditatem [quis ventis nubibusque dedit facultatem celeriter sese movendi?]? quis-quaeso *in omnibus his* Bonae, Masda, auctor *est* Mentis? [5].

5.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quis artifex [6] lucesque fecit [dedit] [7] tenebrasque? quis artifex somnumque fecit vigiliamque? quis *est qui* fecit quae dilucula, meridies [8] noctesque, quae

[1] Apud W. et Sp. *adĕnabâośćâ;* in var. W. *adînabâośćâ.* Conf. Hiob. XXXVIII, 5, Psal. XXIV, 2, et CIV, 5-6, praesertim vero Hiob. XXVI, 7, ubi eadem sententia paene iisdem verbis enunciatur (נטה צפון על- תהו תלה ארץ על- בלימה).

[2] *Avapaśtôis*, g. vocis *avapaśti.*

[3] Praedicatum enunciati latet, per zeugma, in praecedenti *darĕtâ.*

[4] *Yaogĕḍ*, impf. r. *yuǵ.*

[5] Conf Hiob XXVIII, 26, ubi, cum perfectissima analogia, post *meteorica*, quae, ad praedicationem summi numinis creatoris, enumerantur, continuo *intellectus* et *sapientiae* creatio adducitur. Conf. y. XXXI, 7.

[6] Ad hanc unice significationem voci *hvapâo*, secundum Clarissimum Justium, tribuendam invitat imprimis y. X 10 (26). In Mitra (54) verti vocabulum: *bene amplus*, quod nisi unam partem sensus reddit, quum ad Mitram, ut ad vicarium Ahurae, etiam attributum summi numinis creatoris ibi relatum esse puto.

[7] Vide annot. ad str. 3-m.

[8] In omnibus codicibus mstis: *arem pitwâ.*

sectiones intellectu-praedito [1] legis [2] [quis est auctor diluculi, meridiei, noctis, quas continenter, vitae nostrae ratione, sectiones experimur, quumque sic vitae tempus descripsisset, quis est qui immensas, quibus divina sua opera, nituntur, leges haud difficiles cognitu, itidem per sectiones, intellectu dotatis hominibus fecisset?]?

[Probatis deum benignissimum rerum naturae creatorem extitisse, jam antequam hominis creationem tetigerit, vates, quum humana infortunia creationis

[1] *Ćaṣdôṇhvantĕm*, acc. a *ćaṣdôṇhvanḍ*.

[2] Justius: *ke yâ* (neutr.) *manôtrîs ćaṣdôṇhvantĕm arĕtahyâ*, wer (schuf) den die Hauptstücke des Gesetzes bedenkenden, quae interpretatio faciliorem sensum et constructionem pro se habet; sed de *hominis creatione*, quamvis strictim et concise, agitur infra (str. 7), hic autem naturam rerum quaeque in illa hominem spectant, ut praevia, vates adhuc persequi mihi videtur. — Post interrogativum pron. *ke*, in paenultimo strophae versu, subintelligendum est *hvapâo*, pronomenque hoc cum suo attributo *praedicatum* habet in praecedenti *dâḍ*, *objectum* vero in accusativo neutr. plur. *yâ*, inducente *attractive* accusativos *uśâo*, *arempitwâ* et *k̀śapâo*. Eandem *attractivam* pronominalem constructionem et in ultimo hujus strophae versu video phrasinque sic constructam esse puto, ut proximum ibi *objectum* subintelligendi *praedicati* sint accusativi *yâ* (plur. n.) *manôtrîs arĕtahyâ*, *ćaṣdôṇhvantĕm* vero sit accusativus *relationis*, cujus usus nulla est difficultas plurima in Airyano sermone invenire exempla. Germanice *ćasdônhvantĕm* hic verti possit: für den verständigen, weisen. Ceterum, si in vocibus: *uśâo*, *arempitwâ*, *k̀śapâ* et *manôtrîs* nominativos videre praefers, *yâ* accipiendum erit pro instrum. sing. m., phrasinque sequentibus, praedicato itidem *dâḍ* e praecedentibus enunciatis, sed jam passivo (ad intellectum) sensu, huc attracto, vertes: quis est, a quo *sunt creata* dilucula, meridies, noctes, a quo *creatae sunt* intellectu praediti usui sectiones legis? Sed haec explicatio durior, si quid video, esset.

*

legibus contraria essent, pergit *λογικῶς* concludendo, rerum naturum non posse quin feliciorem hominibus fortunam sit praebitura, suamque precationem de beatiore generis humani statu his quasi justificare videtur, beneque de hominibus ad virtutem reducendis sperandi animos assumit].

6.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quae nunciabo *hominibus* si haec certe vera *sunt*, Integritatem factis [re] *necesse est* augebit [1] Divina-sapientia, tibi [2] Potestatem Benigna collectam habens [3] Mente [quum omnipotens clementissimusque sis], cui *ergo* docilem gaudii-datricem bovem-primaevam creavisti? [Si divinae leges, quas hominibus nunciare injungor, justissimae sunt, universa harum exsecutio non potest quin in toto mundo integritatem bonosque mores prosperare faciat, quibus universe vigentibus, rerum natura, te omnipotente et clementissimo universi domino, nonne apparebit vere hominum usui creata esse, quae sic, pacata, non jam amplius omnium

[1] *Dĕbaṇṣaitî*, praes. *r. dĕbaṇṣ.*

[2] Apud W. et Sp. *taibyô;* in var. W. *taêibyô.*

[3] *Ćinaś*, secundum Justium, est impf. r. *ći*, qui voces *taibyô k̓śatrĕm ćinaś* Germanice sequentibus reddit: hast du dir dein Reich gesucht. Nescio an bene vocabulum *ćinaś* pro partic. perf. pass. cum *transitiva* significatione accepi.

bonorum copiam et abundantiam hominum usui effundere cessabit].

7.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quis desideratam [exoptatissimam] creavit [1] Potestate cum [cum Potestate] Ârmaitîm [Ârmaitîm cum Potestate,— quis creavit divinam sapientiam, quam, ut veritati innixam, nunquam de aeterno vigore suo aliquid perdere fas est semperque indelebilis permanet?]? Quis eximium-amorem creavit [2], acumine-sublimioris-intellectus, erga-filium [liberos] parenti? [3] [Quis creavit potentissimam divinam veritatis cognitionem, inque genere humano posuit mutui amoris sanctissima vincula, quibus parentes et liberi imprimis religantur? quis creavit hominem, intelligentia sublimiori affectuque imprimis insolubili inter omnes creaturas quasi distinctum et insignitum?] Ego his *omnibus* ad-te pie [4] *cum precibus meis* perfugio, sancte spiritus, *ut ad* omnium rerum creatorem [et datorem [5],— ut ad deum,

[1] *Tâst,* impf. m. (secundum J.) r. *taś.* In var. Spieg. et apud Brockh. est *tâsta.*

[2] *Ćôrĕḍ,* aor. r. *kar.* Apud W. et Br. *ćôrĕḍ*; apud Sp. et in var. W. *ćôirĕḍ.* Conf. celeberrimi Ćaṇakyae sententiam: na ća vídyâsamô bandʻur naća vyâdʻisamô ripuḥ *naćâpatyasamaḥ snêhô* naća dâivât param balam.

[3] Apud W *pitre*; apud Sp. et in var. W. *pitrê.*

[4] Apud. W. et Sp. *frakśnê;* in var. Brockh. est *fraksna.*

[5] Quod ad etymologicam significationem vocis *dâ-tar*, conf. annot ad 3-m str.

qui omnia creavit, quique piis creaturis suis omnia, quibus egent, dare et potest et est propensus].

8.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: mihi dare [1] [dando, — si mihi datum erit] quae tu [2], Masda, indicatio *es* [quae a te indicantur, quae, ut a te indicata, nobis sperare fas est [3]], quae clementi *tua nostra* dicta rogata sunt [4] Mente [5] [quae sunt per nos a te rogata tua clementissima mente], quaeque, *tua* Sanctitate, mundo [6] optimum est noscere [quaeque optimum est ut mundus, prae incorruptissima sanctitate tua, cognoscat], — *si mihi utrumque hoc concessum erit*, quo-modo mei anima Bono laetabitur [7],

[1] Apud W. et Sp *mendâidyâi;* in var. W. est *mandâidyâi.* Versum hunc Spiegelius, ad huṣvâricae traditionis explicationem, vertit sequentibus: Deine fünffache Lehre, o Mazda; Justius: Zur Verfünffachung (dessen) was deine Lehre ist, quae interpretatio y. XI, 9 (24) confirmari videtur. Quum tamen, vel si compositam esse vocem admittas, membra ejus facillimam etymologicam explicationem praebent, nullum habui scrupulum vocabulum dispescere duasque ibi separatas agnoscere voces: *men* sive *man*, in qua genitivum pronominis pers. *aṣĕm* (mana), et *dâidyâi*, in qua, cum Justio, infinitivum r. *dâ* video.

[2] Apud W. et Sp. *tôi;* in var. Sp. et Brockh. *tû*, quam lectionem recepi quum ἐνεργικωτέρα, si quid video, idem proprie quod altera significando, mihi apparuit.

[3] Conf., quod ad grammaticam constructionem, y. XXVIII, 9.

[4] *Fraśî*, aor. pass. r. *parĕś*. Praedicatum in sing. cum subjecto neutro in plur. numero.

[5] Justius: die Gebete, nach welchen gefragt wurde.

[6] *Aṇheus*, gen. ab *aṇhu*. [7] *Urvâśad*, impf. r. *urvâś*.

quomodo advenient [1] haec? [2] [Tu scis, o Domine, quanto gaudio animus meus perfundetur, quum preces meae exsecutionem capient quumque homines, quae illos, ut intellectu praeditos, scire et intelligere par est, caecitate abjecta, percipient demum inque his permanebunt. Nonne gaudium, quo tunc perfundar, perfectissimum erit? Fac, o Maṣda, ut ex generis humani salute maximum hoc gaudium percipiam].

[1] *Âgĕmaḍ,* impf. s. r. *gam.*

[2] *Tâ,* in versione mea, pro *subjecto* gen. n. plur. cum praedicato in sing. accepi. Secundum Justium, objectum esse videtur: wie soll meine Seele erlangen, quod admittendo, forsitan melius esset ultimum strophae versum interpretari sequentibus: quomodo anima mea delectabitur hoc bono (hac beatitudine), *quomodo* perveniet ad haec, i. e. nanciscetur quae tribus superioribus versibus sunt relata. Etiam totius strophae sensus tunc esse possit sequens: Supplico te (conf. quae ad carminis frontem de significatione vocis *parĕś* annotavi), o summum numen, ut mihi des quae es pollicitus (secundum indicationes, quibus nos dignasti), nempe de quo te precari jam nobis datum fuit, quaeque utillissimum esset, si per me mortales revelatum haberent (des scil. precum, quas publice tibi obtulimus, expletionem sapientiamque plane et distincte res divinas congnoscendi atque explicandi mortalibus,— conf. y. XXVIII, 11, XXXIII, 8): quomodo, indica mihi o sanctissimum numen, anima mea laetabitur demum tali bono idque nanciscatur (pro laetabitur, quum nanciscetur, i. e. quomodo id cum maximo gaudio nanciscetur). Interpretando sic, et in versione mea, pronomen interrog *kâ* pro instr. neutro, cum Clar. Justio, accepi. At ni impedit in hac forma etiam *instrumentalem* c. g. masc. agnoscere; quo admisso, vertendum erit: quo (i. e. quo auxiliatore? per quem? cujus auxilio? ope?) anima mea laetabitur nanciscetur que haec (sive: haec me advenient, vel: laetabitur, *quando* me haec advenient). Si *kâ* hic pro masc. accipias, de eodem Ṣaraťustrae auxiliatore, quem sibi a summo numine mittendum vates in votis habuerit (ut ad 1-mam carminis stropham annotavi) hic etiam agi statuendum plane absonum, puto, non fuisset.

9.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quomodo mihi quam puram religionem [religionem, quae est pura, quam revelasti mihi] puram-praestabo [1] [quomodo divinam maṣdaicam religionem puritate sua coram hominibus splendere faciam?], quam benesapientis incipiat-instituere [2] moderatoris honestas regiones *vir* tui-similis celeritates [3] [celerrime, — doceat tuam religionem quam celerrime], Maṣda, una-in-domo cum Integritate Bonaque habitans Mente [4] [unam domum cum Integritate et Bona Mente incolens = non sese aliter movens quam ipsa Integritas Mensque sanctissima Bona, quas quasi contubernales justissimum hunc maṣdaicae religionis propagatorem habere decet].

[1] Justius: wie soll ich mir das Gesetz rein erhalten. Verbum *yaoṣ́dânê* refertur forsan ad morem daêvos professis et deperditis hominibus gerentes, contra quos tutam Ahuramaṣdae religionem praestare vates noster ardentissimo desiderio conficitur (Conf. ex. c. y. XXXII, 15, XXXII, 11, 14) quosque sub finem carminis (20) exsecratur.

[2] *Paitissaqyâḍ*, pot. vel impf. conj. r. *śaq*. Justius: welches Gesetz man immer lehrt in dem weisen (in des Weisen) Reich. Ego pronomen *twâvaṇś* puto subjectum esse praedicati *paitissaqyâḍ*.

[3] Quum *aśîstîs* est accus. plur., vocem pro accusativo *determinativo* accepi, qui adverbii, ut verti, saepissime vice fungitur. Ut vocem *twâvaṇś* ad *paitissqyâd* referrem, monet me ex parte eadem vox ad verbum *śaqyâḍ* in stropha 1-ma carminis nostri relata. Justius Germanice versum reddit sequentibus: Reiche der Wahrheit (besitzt) deinesgleichen (d. h. besitzest du), Schnelligkeit, o Mazda.

[4] Justius: der du mit Vohumanô gleiche Wohnung bewohnst.

10.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: hanc religionem, quae existentibus [1] [generi humano] *est* optima, quae mihi humanas-gentes prosperare-faciat [2] accepta [3] [quae accepta, — proprie: quae, quando homines eam sequentur —], *quomodo* [4] Ârmaitios [summae divinae sapientiae tuae] verbis opera [5] [re] recte ponet [6] [debitum vigorem et reverentiam religioni maṣdaicae inter homines praestabit] meae intelligentiae te desiderium desiderando [7], Maṣda [8] [Fiat, o clementissimum numen, ut par sim veram religionem, quam a te revelatam habeo, inter homines ita, ut dignum sit ea, divinae sapientiae verborum ope, inter homines revera conserere; sit concessum hoc intimo animi mei desiderio, prosperos-

[1] *Hataṇm*, gen. plur. partic. praes. r. *ah (hand).*

[2] *Frâdôiḍ*, pot. r. *frâd'*.

[3] Apud W. et Sp. *haćemnâ*; in var. W. et Sp. *haćîmnâ*. Est partic. praes. m. r. *hać*, quod sensu pass. et pro nom. f. sing. accepi retulique in versione ad *yâ* (scil. *daêna*). Secundum Justium vox est instr. n. partic. m. referturque ad *aśâ*: mit folgender, immerwährender Reinheit, d. h. stets mit Reinheit.

[4] Interrog. particula *kat̔â* e tenore praecedentis strophae, cujus haec nisi sensus est aliqua amplificatio, facillime, puto, hic subintelligi potest.

[5] Apud W. *skyaot̔anâ*; apud Sp. et in var. Westerg. *skyaot̔anâis*.

[6] *Daidyaḍ*, pot. r. *dâ*. *Ĕrĕs daidyaḍ*, richtet zurecht, J.

[7] *Uśen,* partic. praes. r. *vaś*. Quod ad flexionem vocis, conf. *miṣen* in 20-ma str.

[8] Justius: meines Wissens Wunsch (ist) wünschend dich, o Mazda.

que successus apiscar, quum nil aliud nisi te, tuae scilic. voluntatis expletionem, nilque aliud nisi sanctissimam tuam praesentiam desiderem].

11.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quomodo hos [1] (ad-[2]) vestri -veniet [3] [adveniet] Ârmaitis, quibus, Masda, in-te nunciabitur [4] *tua* religio? [5] Ego quidem [6] his [7] primus [8] [primum] providi [9]; *sed et* omnes alios [ceterum genus humanum]

[1] Apud W. *ve ǵamyâḍ*; apud. Sp. *vî ǵamyâḍ*; apud Brockh. *vîǵamyâḍ*.

[2] Praepositionem *â* retuli ad verbum *ǵamyâḍ*, quamquam nil obstat ut etiam ad accus. *teng* referatur.

[3] *Ǵamyâḍ*, pot. r. *ǵam*.

[4] Apud W. et Sp. *vaśyêtê;* in var. W. *vaśyêitê*.

[5] Ad vocem *daêna*, secundum J., refertur praecedens locativus *twôi*, sensu: das in dir seiende Gesetz, dein Gesetz.

[6] *Tôi* proprie est dat. encl. pronominis *tûm* potueritque hic voce *tibi*, i. e. ad tuam voluntatem, te favente, verti. Sed probabilius in Ṣendico, ut in Graeco et Slavico sermone, dativum hunc *particulae affirmativae* sensum passim usurpare, qui, ut hic, Latino *quidem* commode reddi videtur.

[7] *Âis* hic pro instr. pronominis *aêm* accepi.

[8] Apud W. et in var. Spieg. *paouruyô*; apud Spieg. et in var. W. et Sp. *paouruyê*; in var Spieg. est *paourvô*.

[9] *Fravôivîdê*, perf. m. r. *vid*. Justius: ich lernte (dich) zuerst kennen, qua interpretatione vir Clarissimus verbum *fravôivîdê* refert ad pron. *tôi*, ut ad *objectum*; mihi praedicatum istud visum est potius ad pron. *âis* referre, quod mihi in sequenti versu praesentia τοῦ *anyeng* suasit, quae vox pronomini *âis* quodammodo opponi videtur.

Spiritus custodiam [1] ab-odio [2] [custodiam ab odio spiritus omnes alios = pariter et ceteros homines ab infestissimis erga se animi mutuis affectibus servem.—O sanctissimum numen, fac, ut, divina sapientia tua, per me hominibus revelata, in aeternum permaneat inter hos, qui illam per meum sociorumque meorum os percipient. Sed et alios homines detur mihi ut, ipsa hac religione tua, a malis animi affectibus infortuniisque servem; non extinctis enim ubique gentium pravis hominum opinationibus, hi, qui te vere profitebuntur, non ab agressionibus suorum sanctissimaeque religionis tuae hostium tuti unquam manebunt].

[Procedendo ad hos, quos ipse religioni maṣdaicae convertat, vates praevidet fore inter illos, qui adeo sint pravis erroribus imbuti, ut divinae veritatis lumini aversentur, alios autem, qui, etiamsi falsis opinionibus corrupti, non tamen humanae dignitatem animae, quae divina est, prorsus amiserint inque rectam viam reduci possint, atque, pro facultate sibi danda hos et illos bene dignoscendi maloque penitus inter homines extinguendo in sequentibus strophis precatur].

12.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura, quis

[1] *Śpaśyâ*, praes. r. *śpaś*. J.: ich will bewachen.
[2] *Dvaêśaṇhâ*, instr. a *dvaêśaṇh*.

plane-integer a-quibus interrogabor [1] [quibus conversabor, quibus religionem tuam, ratiocinatione logica, ut cujus omnes veritates luculentissime, sana, quam hominibus dedisti, ratione probantur, tradam], pravusve? utrum *nisi* adest *illi* malus-*spiritus*-ve, hic-ve *autem ipse est* malus [2], qui mihi, perversus, tuis salutibus [3] [saluti, quam nobis impertis] obstat [obstat saluti, quam verba tua generi humano per os meum nunciant]? Quare hic, non ille penitus-pravus putatur? [4] [putandus est. — Fac, o domine, ut clare et distincte homines noscam, quibuscum, dum sanctissimam religionem tuam inter illos propagem, mihi agendum erit. Sunt enim inter illos ad excipiendum toto pectore verbum tuum parati, sunt alii, quorum anima, quamvis vinculis errorum impedita et offuscata, pura tamen, *τὸ καθ'*

[1] *Pĕrĕśâ*, praes. r. *parĕś*. Spieg.: für die ich frage (*yâis pĕrĕśâ*), quod rationem temporis praesentis (*pĕrĕsâ*) pro se habet; me vis instrum. casus *yâis* ad tribuendum formae verbi activae *passivam* sive *intransitivam* significationem inclinavit.

[2] *Katârĕm* acceppi in hac phrasi sensu relativo, quum interrogatio *dependens* evidenter hic ad duo *subjecta*, *aṇrô* et *hvô aṇgrô* spectat, sensusque, quem in versione et interpretatione reddidi, nullum praebere dubium mihi videtur. Attamen, quod ad grammaticam constructionem, innitendum potius difficillimi hujus versùs Clarissimi Justii explicationi, quae est: an wem haftet der Böse, oder ist der Böse (welcher), ubi *katârĕm* est pro accus. m., cum sensus attractione et subintelligendo praedicato (haftet) acceptum (Conf. y. XXXI, 7). Ceterum, exemplum pron. interrogativi pro relat. usurpati idem carmen nostrum, si bene video, in 15 str. praebet.

[3] *Śavâ*, plur. acc. vocis *śava*. Justius: in Bezug auf deinen Nutzen.

[4] Apud W. et Sp *mainyêtê*; in var. Sp. est *mainyêitê* et *manyêiti*.

ἑαυτήν, permansit salutisque recuperandae idonea; at sunt etiam inter illos verissimi *υἱοὶ τῆς ἀπολείας*, qui penitus mali et perversi sunt quorumque tenebricosa anima omne lumen abhorret ita ut nisi damnis et exitio inhient: des mihi, o summum numen, facultatem, ante omnia, bene hos et alios dignoscendi, ut cum iis, pro uniuscujusque indole, agam, neque plane corruptos et jam perditos in uno cum ad salutis viam reducendis discrimine ponam; fac me bene semper rationes perspicere, quibus nisi *υἱόν τινα τῆς ἀπολείας*, neque alium quemque mortalem, qui, quamvis in errorum devia abactus, correctionis tamen sit idoneus, pro jam desperato habeam].

13.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura, quomodo drugam [malum spiritum] (ex-) [1] istinc [2] (ad-) [3] -penitus-migrare-faciamus [expellemus] hos ad [ad hos],

[1] Praepositio *â* in hoc versu, ambobus in locis, ad verbum *naśâma* refertur estque hic repetita ad praedicati vim augendam, qualis praepositionum repetitio in Ṣendicis libris saepissime occurrit (conf. ex. gr. y. IX, 29).

[2] *Ahmad*, abl. s. pron. *aêm*. Justius: von nun an.

[3] Praepositionem *â* in 2-do strophae versu, mea quidem sententia, est membrum compositi verbi (*â-nîs-naśâmâ*), quum eadem praepositio in 3-o versu repetita verbalem sensum *attractive* prae se fert, accusativo *teng* suam praepositionem in *avâ* habente. Vide Dec. S. exc. p. 3, ubi analogus particulae *â* usus occurrit praepositionisque similiter repetitae exemplum adducitur.

qui inauditione [1] pleni *facti* [postquam facti sunt pleni] non Integritatem [2] respiciunt [3], *hujus* vicini-facti [4] [neque Integritatem, si etiam illis stet ad latus, respiciunt], non placita Bonae cordi-faciunt [5] Mentis [qui neque exemplis bonorum morum, neque benignissimi dei creatoris, quae humanitati revelantur, placitis moventur; quos scilic. nil attinet, si jam candida innocentia, potens facta, iis coram exsurgit, placitaque dei, quorum divina sapientia et absolutissima veritas a deo ad hominum intelligentiam sunt accomodatae, circa eos resonat. Non eorum est *mirari* cumque gaudio obviam ire laetioribus seculis: hi nisi malas artes, et libidinem, et vim, ferarum more pergunt in deliciis habere. Quomodo perversas religiones et practicas hic evanescere faciamus easque mittamus ad hos, quorum corda ad sacrae religionis verba plane obturata facta sunt, ita ut ad doctrinae tuae verba, jam animo surdi et caeci evaserunt? [6] Omne malum, omnis doctrina falsa inter te, o sum-

[1] *Aśruśtôis*, gen. vocis *aśrusti*. [2] *Aśahyâ*, gen. ab. *aśa*.

[3] Apud W. et Sp. *âdivyêintî*; in var. Br. est *âdivanti*.

[4] Apud W. et Sp. *hacemnâ;* in var. W. et Sp. *hacîmnâ*. Totum hunc versum Justius reddit sequentibus: (welche) nicht dem Reinen folgen, wenn sie ihn bemerken, quam constructionem analoga Graeca Clarissimus vir confirmat (die Construction ist wie die Griech. οὐδ' ἔλαθ' Αἴγυπτον κλέπτουσα). Conf. vocabulum in 10-ma str. quaeque ibi annotavi.

[5] *Câk̆nâre*, perf. r. *k̆an*.

[6] Quod ad sensum et elocutionem hujus strophae, conf. y. XXXII, 15.

mum numen, professuros radicitus extirpetur: his (falsis scil. opinationibus et infortuniis, quae promovent) apud deperditos indignosque tua salute homines sit locus].

14.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quomodo Integritate diabolum [*drugĕm*, — peccatum et malum] dedam [1] manibus [2] [plane devincam], *κατὰ*-illum [drugĕm] enecari [ut enecer, ita, ut extinguam, evanescere faciam] tuae verbis doctrinae, potentem stragem [3] facere [4] [ut faciam stragem] inter-scelestos, subjicere [5] istos fraudatores (*φένακας*) desperationi [6] angorique [7] [ut fraudatores ultimae desperationi reddam].

15.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: si hujus [de quo te, o summum numen, precatus sum] Integritate-et-Justitia [8], auctoritate cum [cum auc-

[1] *Dyanm*, pot. r. *dâ*. [2] Conf. y. XXX, 8.

[3] Apud W. et Sp. *emavaitîm śinanm*; in var. W. *emavaintîm śananm*.

[4] *Dâvôi*, inf. r. *dâ*.

[5] Hic, ut alias, praeposltio *â* sensum verbalem *praegnanter* exprimit.

[6] *Anâśê*, inf. r. *naś* cum *a* privativo. Justius: zum nicht wiederkehren. Apud W. *anâśê*.

[7] *Anśtaś*, accus. vocis *anśtanh*. Apud W. et Brockh. *anśtanś*.

[8] De significatione in gâtis τοῦ *aśa* vide meam annot. ad y. XXIX, 1 et in addendis ad p. 15.

toritate] potiris [1] [si potestatem habes desiderii mei explendi], quando *ergo* (con-) ambo-exercitus taciti [2] -convenient [in hoc verae religionis cum perversitate humana et erroribus bello], — his legibus quas tu, Masda, vigere-voluisti [3], ubi *tunc* [qua in parte? nonne inter beatos?] inter-hos-duos *erit hic* cui [4] victoriam dabis?

16.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quis cum-victoria [5] [victoriose, potenter] percutiens *erit*

[1] Conf. eundem, vati nostro peculiarem, conditionalis enunciationis modum y. XXXIV, 6.

[2] Spiegelius: *śpâdâ anaoćâṇha*, die beiden unvergänglichen Heere. Sic et Justius. Periculum feci vocem *anaoćaṇh* ad r. *vać* referre, quum hic non tam de *materiali* pugna, (quamvis de propugnatore sibi mittendo etiam in hoc carmine, ut ad stropham 1-m et 16-m annotavi, vates noster precatus fuisset, et in calce carminis ad terrestria, puto, arma vocet), agi putaverim, sed de victoria, quam potius in futuro aevo bonos reportare fas est, luculentissime post mortem (postquam minime quemlibet, coram deo, dictis pro se opus fuerit) unumquemque suis *cogitationibus, verbis* et *factis* de sua ratione vitae convincentibus (Conf. yt. XXII, 11, 15, ubi victoria justi et pii hominis, quamvis serioris aetatis documenti verbis, quae tamen antiquam ṣaratustricam disciplinam prae se ferunt, describitur). Est forsan locus etiam intelligendi absque uno verbo *bonum* in terris demum, hic e mente vatis, triumphaturum, quum masdaica religio ubique gentium sincerrimo animo erit recepta. Denique quum etiam terrestribus armis *boni* cum *malis* pugnent, minime *verbis*, coram deo, qui utrorumque consilia perspicit, egent.

[3] *Dîdĕrĕgṣô*, desider. impf. r. *darĕṣ*. Justius: du wünschtest fest zu [machen, du lehrtest.

[4] Notetur usus pron. interrog. pro relat. Conf. *katârem* im 12-ma str. Justius: wem von beiden (statt *katarahmâi*, was nicht vorkommt).

[5] *Vĕrĕtrĕm*, accus. derminativus vocis *vĕrĕtra*.

tua auctoritate [1] jussu [2] *omnium* qui sunt [quis omnium, qui uspiam sunt mortales, i. e. quisquis fuerit ille, quis est, qui tua auctoritate et jussu, ultimum denique malo ictum, ne id amplius exsurgat, inferet]? plane-et-distincte [3] mihi sapientem *istum*, mundi-creati-dupliciter-commodo [4], magistrum indica; at illi Benigna *tua* S'raośas [5] veniat [6] Mente, huic *nempe*, cui [ut eum adveniat S'raośas mundique fiat salvator] desideras cuicunque [7]

[1] Apud W. *ǵâ twâ pôi*; apud Sp. et in var. W. *ǵâtwâ pôi.* Praetuli Westergaardianam lectionem, quum mihi verborum ἐτύμοις et *traditionis* sensui respondere visa est (Vide Justi sub voce *pôi*).

[2] Vocabula *pôi* et *śeńǵâ* pro asyndetis instrumentalibus accepi, quos per *hendiadyn* traditio (quasi *pôi śeńǵahyâ* esset) reddidisse videtur.

[3] *Ćitrâ*, accus. plur. neutr. adjectivi *ćitra*, quem pro *determinativo* accepi. Secundum Justium est vocativus: lehre mir, o Offenbarer.

[4] Apud W. *ahûbis*; apud Sp. *ahûm bîs*; in var. W. *ahûm ·bis.* Conf. XXXI, 19.

[5] In var. Spiegelii est lectio *traostâ* non plane aspernanda, quum, sive formam hanc pro nominativo *nominis agentis traostar, auxiliator*, sive pro nominativo plur. neutr. vocis *traosta, auxilia, successus* (a r. *truś, nutrire*) cum praedicato in sing. n., accipias, utrumque hic non omnino absonum sensum praebebit.

[6] *Ǵantû*, imper. r. *ǵam.*

[7] Praeclare Justius: ihm möge (Gehorsam) kommen, ihm welchen nur immer du willst.— Precatio probabiliter de eodem duce, maṣdaicae religionis propugnatore, mittendo, de quo y. XXIX ejulans natura rerum inducitur, esse videtur. Justius: wer ist der siegreich schlagende *(ǵâtwâ).* Quum hic, tum alias vates Vîstâśpam in mente mihi habuisse videtur, simili vero precatione, se ab omnibus studiis liberum (quum utique de alio quolibet propugnatore forsan sui Airyi minime jam tunc temporis curassent huncque, neque jam alium, sibi a deo designandum ducem in votis habuissent) uniceque divinae, in hoc gravissimo sibi, ut patet, negotio, gratiae intentum praestat.

[at virum a te ad ultimum malo inferendum exitium electum frui necesse est absolutissima, a hominibus praestanda ei, fide et obedientia: indica nobis hunc gloriosum sublimemque virum summaque obedientia ei praestetur, ei, quisquis fuerit ille].

17.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: quando *demum* faedus *meum* [munus scil. mihi a te injunctum] obire-incipiam [1] a-vobis [quod a te, o summum numen, decretum, mihique impositum habeo], dominium vestrum [munus, quod dominium vestrum sit = quod reducet in terras vestrum caeleste regnum], utque mihi fiat [2] vocis-desiderium [3] [utque mihi expleatur ardentissimum precationum mearum desiderium] in-dominatione [4] fieri [5] [ut dominentur in terris] Summa-rerum-plenitudo Immortalitas*que* [6] [ut neque egestas, neque mors affligant amplius homines] hoc mysterio [7] [per mysterium, hujus mysterii ope],

[1] *Ćarânî*, imperat r. *ćar*. Justius: wann werde ich gehn in den Bund, der von euch (ausgeht).

[2] *'Qyâḍ*, pot. r. *ah*.

[3] Justius: Wunsch der Lobpreisungen, das was man durch Lob herbeizuführen beabsichtigt.

[4] *Śarôi*, loc. vocis *śara*.

[5] Justius: damit in Herrschaft seien.

[6] *Haurvâtâ amĕrĕtâtâ*, accus. (cum inf.) a *haurvatâḍ* et *amĕrĕtâḍ*.

[7] De *maṇtra* conf. y. XXIX, 7.

quod *mortalibus* donum [1] *est* Sanctitate ab [a Sanctitate, — ope vel maxime salutiferi mysterii, quod sibi a sanctitate revelatum denuo homines possidere fas est].

[Advenito ergo tempus, ulterioribus duabus vates precatur strophis, ut splendidissima holocausta nullo, ut nunc, impediente, tibi, o summum numen, offerre possim, quamvis sciam, quid offerenda tibi sacrificia, dum minime rerum penuria laborent, arcentes, altera vero ex parte, quid nullis in ea piissime impendiis parcentes (quum a te omnia tenere persentiant) manet].

18.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura, quomodo, Summa-integritate, isto praemio dignabor [2], decem equis *nempe* pullos-pariendi-idoneis [3] cameloque, quod mihi, Maṣda, decretum esset [4] a -Rerum-summa-plenitudine *nec non* ab-Immortalitate, ut ambos-hos [scil. camelum et equas] tibi [5] offeram [6].

[1] Sic traditio vocem *râtĕmô* intelligit, deducendo id, secundum Justium, probabiliter a r. *râ*. Spiegelius reddit vocabulum Germanica voce *Pforte*; Justius: *Weg*, affinitatem ejus cum *rata* suspicando (Conf. Sanscr. *ratya*). [2] *Hanânî*, imperat. r. *han*.

[3] *Arśnavaitîs*, acc. plur. adj. *arśnavanḍ*. Justius: trächtige Stuten; Spiegelius: Zehn männlicher Rosse. Radix vocis est *arśan*, mas.

[4] *Apavaitî*, aor. pass. r. *vaḍ*. Justius: was mir zuerkannt ward durch H und A; Spieg.: was mir versprochen hat Haurvat und Ameretât. [5] Apud W. *taêibyô;* apud Sp. *taibyô*.

[6] *Dâonhâ*, f. r. *dâ*. Quod ad temporis significationem conf. Homericum ὅπως ἀντάξιον ἔσται (pro ὅπως ᾖ) et simm. apud Atticos.

*

19.

Hoc te interrogo, rectum mihi dic, o Ahura: qui istud praemium merenti non concedet [1], qui*que*, *alia ex parte*, id ei veritatem-nuncianti [2] vir tribuendam-censebit [3], quae illi [4] istius [pro non concessa vati facultate largiter offerendi deo] animadversio erit [5] prima [6] [pro: quam prior horum poenam luet], sciens [scil. interrogo sciens, dum sciam] hanc [remunerationem [7]], quae id [8] [scil. concessio] *huic* erit postrema [pro: postremo, alteri,— dum sciam remunerationem, quam nanciscetur vir largitionibus vati impendendis curam et sollicitudinem praebens, ut qui non sui commodo, sed ad deo creatori praestandam laudem terrestria bona desiderat.— Sensus strophae: Duorum potentium virorum, qui minime terrestribus largiendis bonis, ad augendam dei gloriam, invidet, immo etiam omnibus desiderandis rebus vatem suum munire est paratissimus, et qui, nisi personalibus emolumentis deditus sit minimeque deum curet, hunc et alterum utrum eadem sors manet? Dum ipsa humana ratio non potest quin

[1] *Dâitî*, praes. r. *dâ*.

[2] Apud W. et Sp. *ĕrĕṣ̌ukd'âi;* in var. Sp. *ĕrĕṣ̌ukd'â.*

[3] *Dâitê*, praes. m. r. *dâ*. In var. W. *dâiti.*

[4] *Tĕm*, acc. m. pron. *ta.*

[5] *Aṇhaḍ*, impf. conj. r. *ah.*

[6] Apud W. et Sp. *paouruyê;* in var. Sp. est *paurvyê.*

[7] Per zeugma a praecedente *mainis.*

[8] Apud W. et in var. Sp. *îm*; apud Sp. et in var. W. *îḍ*. Pronominalem formam hic genuino ac primitivo suo usurpatam esse sensu puto.

de remuneratione alterius sit certa, nonne justissima poena manebit alterum?]

[Homines impensarum in sacrificia deo offerenda invidos vates ad daêvos eorumque asseclas refert, simulque etiam hos, qui potestati affirmandae hominibus surdis et caecis ad sacrae doctrinae, quae per os ejus nunciantur, verba student, ut humanorum malorum sentinam et fontem, exsecratur, carmenque hac exsecratione concludit].

20.

Num, o Masda, bene-imperio-usi daêvi unquam fuere? [fuerint-ne ubicunque gentium prosperi mortales daêvis regentibus, i. e. dum eorum cultui addicti fuerint? Nusquam gentium. At finis perversitatis et malorum adesto tandem —]; at id interrogo, qui *tandem* pugnabunt[1] his quorum[2] [eorum], quibus [quorum opera] rerum-naturam surdus [ad sacrae doctrinae verba] uśiksque Libidini dederunt[3], quo-que [et per quem]

[1] *Pĕśyêinti*, praes. r. *pĕś*.

[2] Constructionem phraseos sagacissime Clariss. Justius explicat sequentibus: *yôi pĕśyêntî aêibyô kaṇm* (für *kôi p. aêibyô yaêśaṇm*), wer wird die von ihnen (*yaêśaṇm* wie oft demonstrativ gebraucht) bekämpfen. Similes hypallacticas constructiones (conf. in praecedenti stropha *paouruyê* et *apĕmâ*) tamen, non vulgaris Airyani sermonis genio, sed potius poeticae enunciationis necessitate (τῷ texendis carminibus) natas esse putaverim.

[3] *Dâtâ*, aor. m. r. *dâ*.

caeci [1] in-potestate augescunt? [2] [quis tandem movebit arma ad deprimendos hos, qui potestatem super mortales dederunt surdis et caecis, quales sunt verae religionis adversarii?]?— Non illis irrigando [3] *sit,* cum Sanctitate [Sanctitatis ope] agrum prosperum-facere [4] [ut faciat prosperum, i. e. afferentem auctum. — Ne cadat pluvia, ut agros eorum, irrigando, laetos et prosperos faciat]!

[1] *Kâvâ*, nom. s. (collective) a *kâvan*.

[2] *Urûdûyatâ*, impf. pass. r. *rud*. Conf. y. XXXI, 15.

[3] *Miṣen*, part. praes. (probabiliter, absque flexione, ut *uśen*). Conf. XLIII, 10 et XLIV, 9.

[4] *Frâdaṇhê*, inf. r. *frâd'*. — Ultimum strophae versum Clarissimus Justius reddit sequentibus: nicht (sei) ihnen beträufelnd (Wasser, Regen spendend, o Asha) zur Fôrderung der Weide. Traditio voci *miṣen* significationem τοῦ *mîṣdĕm* tribuit, quod sequentem sensum efficeret: non illis praemium *esto*, Sanctitate, agrum prosperum fieri, i. e. ut ager eorum prosperet. Spieg.: Nicht ist durch Asha Futter als Belohnung ihnen zu geben.

III.

MAXIMIS LAUDIBUS ANIMIQUE PIISSIMIS AFFECTIBUS SUMMUM NUMEN EST PROSEQUENDUM NILQUE COMMUNE RECTO HOMINI EST CUM IMPROBIS CUMQUE DAÊVORUM CULTUI ADDICTIS, QUI AD FALSAS DE DIVINIS REBUS OPINIONES ET AD FLAGITIA PERDUCIT.

III.

MAXIMIS LAUDIBUS ANIMIQUE PIISSIMIS AFFECTIBUS SUMMUM NUMEN EST PROSEQUENDUM NILQUE COMMUNE RECTO HOMINI EST CUM IMPROBIS CUMQUE DAÊVORUM CULTUI ADDICTIS, QUI AD FALSAS DE DIVINIS REBUS OPINIONES ET AD FLAGITIA PERDUCIT.

YAŚNA XLIV, 1—11.

1.

At effabor [1], eja, attendite [2], eja, audite [3] quique e-propinquo, quique e-remoto desideratis [4] [desideratis audire, — nunciabo tum proximis, tum vel remotissimis a me mortalibus, qui, ut verba sapientiae desiderent, animo sunt parati]. Eja, haec omnia — manifesta quandoquidem *sunt* [manifestum enim hoc

[1] *Fravaksyâ*, f. r. *vać*. [2] *Gûśôdûm*, imper. r. *guś*.

[3] *Śraotâ*, imper. r. *śru*.

[4] *Iśatâ*, praes. r. *iś*. Secundum Spieg. et Justium est acc. plur. τοῦ *iśata* (das Erwünschte). Conf. XXX, 1.

nobis est] — Maṣda [1], creavisti [2]. Non secundum [denuo, exinde] perversaṣ-doctrinas-professus [3] mundum mortificabit [4], mala electione *facta* [5], maleficus lingua cum [cum sua lingua [6], — postquam pejores partes sequi clare et distincte est professus] *malum* amplexus [7].

2.

At effabor mundi duos-spiritus-primaevos [8] [de duobus spiritibus mundi], quorum sanctior sic allocutus est quem malum [hunc, qui malus est]: Non nostri animi-affectus, non doctrinae, non intellectus nostri, neque *nostra* vota (electiones) [9], nec verba, neque opera [10], non agendi-norma-et-ratio (lex, re-

[1] *Maṣdâoṇhô*, me sentiente, est *plur. majestatis*. Secundum Spieg. et Justium agitur hic de Immortalibus Sanctis (*amĕṣa śpĕnta*. Vide yt. XIX, 14—18, Dec. S. exc. p. 47, 187). Evidentissimum *plur. majest.* exemplum praebet pron. *k̍śmâka* relatum ad Ahuram in num. s. y. XXXIV, 14. [2] *Dûm*, aor. r. *dâ*.

[3] Spieg. et Justius vocem *dusśaśtis* hic cum notione *abstracta* accipiunt (schlechte Lehre, *Sp.;* üble Lehre, J.).

[4] *Mĕraṇśyâḍ*, f. conj. r. *marĕnć — mar*. In var. Spieg. ets *maraṇśyâḍ*, quod expressi.

[5] De significatione τοῦ *varĕna*, conf. y. XXXI, 11—12, et XXX, 5.

[6] Conf. y. XXXI, 12.

[7] *Âvarĕtô*, secundum Justium, est partic. perf. med. r. *var.* Ultimum strophae versum Clarissimus vir vertit sequentibus: mit schlechter Wahl wählte der Böse mit der Zunge (Rede). In versione et in textu *praepositionem â* retuli ad praecedentem instr. *hiṣvâ*.

[8] Vide meam annot. ad y. XXX, 5.

[9] De voce *varĕnâ* conf. annot. in praecedenti str.

[10] In var. Spieg. est *skyaotnâ*.

ligio), nec animae nostrae conveniunt [nil secum apud nos commume habent].

3.

At effabor mundi hujus olim[1] quam [legem, religionem, *daênanm*] mihi sapiens Maṣdas edixit Ahuras: Qui hanc vestrum non sic[2] doctrinam exsequentur[3] [qui vestrum non exsequentur hanc doctrinam sic—, qui vestrum non exsequentur divinam doctrinam, scil. leges a summo numine per Ṣaraṫustram humanitati revelatas], ut eam *ipse* intelligo-[4] que enuncioque[5], his mundi *hujus* calamitati erit[6] exitus [exitus hujus mundi erit calamitati = his mors calamitati erit, i. e. hi debitas severas punitiones luent post mortem].

4.

At effabor mundo huic optimum: Sanctitate ex [ex Sanctitate] Maṣdas *est*, scio[7], qui hanc [legem, religionem dedit[8] [scio non alium quem, nisi Maṣdam,

[1] De significatione vocis *paourvîm*, conf. annot. ad y. XLII, 5.
[2] Secundum Justium: hier in der Welt. Conf. y. XXXIII, 1.
[3] *Varĕṡĕntî*, f. r. *varĕṣ*.
[4] *Menâ*, praes. r. *man*. Apud W. et in var Spieg. *menâi* (conj. m.).
[5] *Vaoća*, praes. r. *vać*.
[6] *Aṅhad*, impf. conj. r. *ah*.
[7] *Vaêdâ*, praes. r. *vid*. Secundum Spieg. et Justium est hic 3 pers. s. Conf. y. XXXI, 2.
[8] *Dâḍ*, aor. r. *dâ*, de significatione cujus vide annot. ad y. XXXI, 5.

istam divinam legem humanitati dedisse hancque a sanctitate provenire, i. e. hancque sanctissimam esse], *scio hunc solum* patrem [1] *esse* Bonae creatricis [2] Mentis; at ei filia [3] est rectissima-opera-efficiens [4] Ârmaitis [5]: non fallendo [6] [non est fallendus, neque potest falli] omnia perspiciens [7] Ahuras.

5.

At effabor quod [8] mihi dixit [Deus] verbum, audire [9] quod [10] *est* mortalibus optimum: Qui mihi huic [scil. *daênae*, i. e. legi, religioni] Obedientiam [11] praebebunt [12] reverentiamque [13], *hi* pervenient [14] ad Śummam rerum-

[1] Apud W. et Sp. *ptarem*; apud Br. *patrem*, in var. l. *patarĕm.*

[2] Apud. W. et Sp. *vĕrĕṣyantô;* in var. Br. et W. *varĕṣyantô.*

[3] Apud W. et Sp. *dugĕdâ;* in var Br. *duǵĕdâ.*

[4] In var. Spieg. *skyaotnâ.*

[5] De Armaiti, vide annot. ad y. XXVIII, 3.

[6] *Dîwṣ̌aidyâi*, inf. r. *diwṣ̌.* [7] *Hiśas*, partic. praes. r. *śaś.*

[8] Apud W. *yyaḍ.* [9] *Śrûidyâi*, inf. r. *śru.*

[10] Apud W. *yyaḍ.*

[11] Apud Sp. et W. *śĕraośĕm;* in var. Sp. *śraośĕm.*

[12] D*aṇn*, aor. r. *dâ.*

[13] *Ćayaś*, acc. a *ćayaṇh.* Significationem reverentiae voci huic tribui ad normam Sanscritae rad. *ći* cum praep. *apa.* Justius directe hanc a. r. *ći* deducit explicatque Germanice: Anhäufung, Ausbreitung (*yôi śĕraośĕm daṇn ćayaśćâ,* welche Gehorsam geben (leisten) und Ausbreitung (des Gesetzes). In explicando hoc versu Spiegelius pronomen *môi*, pro *objecto personae*, *ahmâi* vero pro *objecto causae* enunciati accipit (Wer mir dafür Gehorsam leistet und es weiter lehrt).

[14] *Upâǵimĕn*, impf. r. *ǵim.* In var. Brockh. est *upaǵamĕn.*

plenitudinem Immortalitem*que*[1] Benigni Spiritus actionibus — Maṣdas Ahuras [ope Benigni Spiritus, qui est — Ahuramaṣdas].

6.

At effabor omnium maximum: — laudem[2] cum-Integritate *hic* qui bene-sapiens *est omnium* qui sunt [qui sapientissimus est omnium existentium], o sancte spiritus, exaudiat Maṣdas Ahuras [o sanctissime Spiritus, exaudiat Ahuramaṣdas nostras integerrimas laudes][3]: a-quo in-adoratione Bona *nobis* interrogatur[4] [quem interrogamus] Mente, [quem piissime cumque animi integerrimo rogamus instituto, ad quem animo devotissimo ad solvenda dubia nostra perfugimus], ipsius intellectu [suo divino intellectu] *hic* (pro-) me -edoceat[5] optima [hic pergat me quae rectissima, quae maxime utilia sunt, edocere];

[1] *Haurvâtâ amĕrĕtâtâ*, ad explicationem Spiegelii et Justii, sunt *subjecta* enunciati (Zu ihm kommen Haurvat und Ameretât, Sp.,— zu ihm werden kommen (Khordad und Amerdad), J.). Apud Ner. voces hae *objecta* esse videntur (upariprâpnôti avirdâdê amirdâdê).

[2] Vocem *śtavaś* pro accus. τοῦ *śtavaṇh* (a r. *śtu*) cum Spiegelio accepi. Secundum Justium est partic. praes. (*śtavaś aśâ*, lobpreisend mit Reinheit).

[3] De objectivitate enunciationis, vati nostro peculiari, vide annot. ad y. XXXI, 19.

[4] *Fraśî*, aor. pass. r. *parĕś*. Conf. quae de valore hujus r. ad y. XLIII, 1, annotavi. Justius versum interpretatur sequentibus: zu dessen Preis vom guten Geist gefragt wird.

[5] *Śâśtû*, imper. r. *śâṇh*.

7.

a-quo salutes [salutem] non-possunt-quin-expetant [1] *omnes* sacrificantes, qui equidem vivi usquam-fuere [2] eruntque [3]. In-Immortalitate *enim est uniuscujusque* Integri [4] animi- desiderium [5] [unusquisque integer immortalitatem sibi desiderat istudque desiderium suum in deliciis habet] *et* in-fortitudine, quae homines [6] depressio *est* maleficos [quae, scil. fortitudo recti hominis, refrenat et desponsioni dicat maleficos]. Haecque dominia [scil. immortalitatis et fortitudinis] Maṣdas creator *est* Ahuras [creavit Ahuramaṣdas].

[1] *Iśâonti*, conj. praes. r. *iś*. In var. Spieg. est *iśĕntî*.

[2] *Âoṇhare*, perf. r. *ah*.

[3] Apud Spieg. et Westerg. *bvainticâ;* in var. Brockh. *bavainticâ*. Est praes. r. *bû*. Conf. y. XXXIII, 10 ubi *bavainti* evidenter *futuri* sensum tuetur, atque etiam hic, nullo graviore scrupulo obstante, eundem *futuri* sensum formam hanc habere putaverim. Si praefers significationem praesentis, vertas: suntque (existunt).

[4] Apud W. et Sp. *aśaonô;* apud Brockh. *aśâunô*.

[5] Vocem *urvâaêśô*, ut compositam, intellexi et verti. Omnes codices et editores habent *urvâ aêśô*. Si secundam harum vocum, cum Justio, pro *adjectivo* accipias, vertendum erit: anima uniuscujusque probi hominis immortalitatem *est* desiderans (desiderat). Utraque interpretatio, quod ad sensum, minime inter se discrepat.

[6] Apud W. et Sp. *nĕraṇś*; in var. Spieg et Br. *naraṇś*. Est accus. plur. a *nar*.

8.

Hunc nobis [in nostri commodum] laudibus precationis ad-*nitar* [1] curam-et-operam-impendens [2] [omnem ergo curam impendam laudibus et praedicationi summi numinis efficiendis]; equidem enim-id [3] in-oculo [4] vidi [5] Benignae Mentis operisque vocisque [vidi oculis id operis vocisque Benignae Mentis = clarissime enim perspexi tales esse voces et res Benignissimi numinis, ut immortalitatem summaque praemia probis hominibus impertiant], gnarus Integritate qui [6] Maṣdaṇm Ahuram [ego, qui, prae integritate, novi Ahuram Maṣdaṇm, i. e. qui absolutissima summi numinis cognitione gaudeo]. At ei adorationes in-Domo Majestatis deponamus [7] [Deponantur ergo in

[1] In praepositione *â*, ut saepe, latet hic notio verbalis.

[2] Spieg., Brockh. et var. W. *vîvarĕśô*; Westerg. *ve varĕśô*. Just.: *vîvarĕśô* (*scil.* *qyem*), ich will dienen. Agitur, si bene video, de arte componendorum sacrorum carminum, cui hic omnem curam et industriam vates adhibere promittit. Conf. XXXIV, 2 (et in addendis ad p. 96), XXVIII, 3, ceteros locos, ubi de industria, quam vates divinis carminibus texendis posuit, agi videtur.

[3] Ṣîḍ = *ṣi iḍ*, quarum secunda vox est acc. n. sing. a pronominali rad. *i* efficitque *objectum praedicati vyâdarĕśĕm* Quod ad analogicam objecti cum gen. constructionem (*iḍ skyaot́anahyâ uk̃d́aqyâćâ*) conf. y. XXXIII, 13 (*tâ k̃śat́rahyâ*) et 14 (*yâćâ skyaot́anahyâ uk̃daqyâćâ*).

[4] *Ćaśmainî*, loc. a *ćaśman*. Conf. y. XXXI, 8.

[5] *Vyâdarĕśĕm*, impf. r. *dârĕś* (cum praefixis praepos. *vi* et *â*).

[6] Apud W. et Spieg. *yem;* in var., Spieg., Westerg. et apud Brockh. *yê*, quae lectio orationis tenori melius respondere mihi visa est.

[7] *Nidâma*, aor. r. *dâ*.

habitaculo Ahurae piissimae adorationes nostrae = offeramus ergo Deo nostras adorationes, quas non est quin ille in sacrosancto suo caelo excipiat].

9.

Hunc nobis Bona [1] cum Mente [cum animi integerrimo instituto] *ad-sum* [2] cum maxime-placandi-studiosus [3], qui nobis ex-arbitrio [4] effecit [5] laetumque tristeque [laeta et tristia,— cujus ex sapientia alteraeutrae sortes, prout hanc vel alteram viam (*advânem*), hanc vel alteram vivendi rationem, elegerimus, nos manet]: Maṣdas regiones effectu-praeditas [feraces, non steriles] nobis faciat [6] Ahuras, pecora, homines nostros auctum [7] ad [ad auctum = ut augescant, floreant, ut homines et pecora nostra laetissime proveniant], Benigni Sanctitate vicorum-nostrorum-prosperitatem ad Spiritus [ad prosperitatem vicorum nostrorum benigni spiritus = ut omnes vici omnes pagi in regionibus nostris prae sanctitate benigni spiritus prosperitate gaudeant].

[1] Apud Spieg. et in var. W. *vôhû.*

[2] Notio verbalis suppletur hic e praecedenti stropha, ubi praepositione *â*, si be*n*e intellexi, exprimitur.

[3] Ad vocem *ćiks̀nuśô*, ut supra ad *vîvarĕśô,* Clarissimo Justio auctore, subintelligendum est *q̔yèm.*

[4] *Uśen*, partic. r. *vaś.* Conf. XLIII, 10. [5] *Ćôrĕḍ*, aor. r. *kar.*

[6] *Dyâḍ*, pot. r. *dâ.* Apud W. et Sp. *dyâḍ;* Apud Brockh. et in var. West. *dâyâḍ*; in var. Spieg. est *dayâḍ.*

[7] *Fradat̔âi*, dat. a *fradat̔a.*

10.

Hunc nostri cum-adorationibus Ârmaitios [cum nostris adorationibus perfectissimae divinae sapientiae] accedendi- desiderans[1] *sum* [hunc adeundi cum nostris perfectissimae ejus sapientiae adorationibus desiderio ardeo], qui in-perpetuitate [indesinenter, perpetuo, semper] Maṣdas cluet[2] Ahuras. Quodsi[3] ei cum-Integritate Bonaque suum-reddat-quis[4] Mente [i. e. si reddat Deo quod Dei est, conf. y. XXXIII, 14, XXXIV, 1, XLII, 2 cet.] in-dominio illi[5] [ejus, i. e. recti et pii hominis] Summa-rerum-plenitudo et Immortalitas[6] ei constanter necesse erit-impertiant[7] robur *et* potestatem.

[1] Apud W. *mimaǵṣ̌ô;* apud Sp. *mîmaǵṣ̌ô*. Partic. praes. r. *maǵṣ̌*— *mak̍ś̌*. Justius: nahend (möchte ich sein). Ad vocem, ut in praecedenti stropha ad *ćik̍nuś̌ô*, subintelligenda est, mea quidem sententia, praepositio *â* cum notione verbali.

[2] *Śrâvî*, aor. pass. r. *śru*.

[3] Apud W. *yyaḍ*.

[4] *Ćôist*, impf. r. *ćiś̌*. Versum Spiegelius reddidit Germanice sequentibus: Wer ihn mit Reinheit und guter Gesinnung verkündet. Conf. locos apud Justium. In var. Sp. est *ćôistâ*.

[5] *Hôi* forsan hic inusitati *q̍ôi* = *q̍aq̍mi* vim habet.

[6] Spiegelius in Commentario: wer für ihn (den Ahura) verkündigt mit Reinheit und guter Gesinnung, in dessen Reiche soll sein Fülle und Unsterblichkeit.

[7] *Daṇn*, aor. r. *dâ*. Quod ad valorem verbi, conf. annot. ad y. XXXI, 5.

11.

Pergat[1] ad- daêvos, alter[2] *vero* ad- homines transverse [non recte] opinans [non recte de deo existimans, falsas opiniones de summo numine fovens[3]], qui[4] illum [scil. deum] non-recte opinatur[5] [Quum daêvi, i. e. religio, quae daêvos adorat, hominesque, qui eorum cultui sunt addicti, perversissimarum notionum de summo numine auctores evasere, convertant ergo se ad daêvos vel ad homines, qui divinam praesentiam nusquam perspiciunt, omnes falsis de divinis rebus opinationibus imbuti: hi et alii pariter in exitium praecipites ruunt]. Alios[6] ab-hoc [ad longe

[1] *Yaśtâ*, impf. r. *yaś*. Conf. y. XXXII, 5.

[2] Justius: er gelange zu den Daêvas, dann zu den Menschen. Quod ad significationem, quam voci *apara* hic tribui, conf. vocabuli in lingua Sanscrita usum et quae in Dec. *Ṣ*. exc. ad y, IX, 3 (p. 4) annotavi.

[3] *Tarem maṇśtâ*, secundum Spieg. et Just., est nomen abstractum (Verachtung). Conf. quae annotavi de significatione locutionis *tarô manyêtê* in Mitra 139 (Dec. S. exc. p. 129 annot. 3). In. var. Spieg *taremaṇśtâ*.

[4] Apud W. *yôi*; apud Sp. *yô*.

[5] *Mainyantâ*, imperf. m. pl. r. *mań*. *Yôi îm tarem mainyantâ*, welche ihn verachten, Justi.

[6] Apud W. *anyeng*; apud Sp. *anyem*. *Anyem ahmâḍ*, explicante Justio, qui Spiegelii lectionem praefert, est: ausser zu dem, nicht aber zu dem. Spiegelius: Das Gegentheil. Si *anyem* ut masculinum accipias, licebit interpretabere: *ad alium* (scil. veniet), quod eundem fere sensum ut *anyeng* (ad alios) praebet; si vero in lectione *anyem* nominativum neutr. s. videre hic praefers (pro *anyaḍ*), locutio *anyem ahmâd*, significabit: *aliud ab hoc*. i. e. longe aliud res sese habebit, longe aliter eveniet, quae est interpretatio Clarissimi Spiegelii (das Gegentheil).

alios, ad nil commune habentes cum istis] *se advertet*[1] *hic*, qui[2] illi [apud illum, coram illo, scil. deo] recte sapiet[3] [longe ad alios perveniet qui de summi numinis facultatibus recte sentit]: *hic nempe convertet se* ad-viros-verae-saluti-humanae-efficiendae-studiosos, sapientes Domini sancta religione[4] [i. e. sapientes ope sanctissimae religionis, quam sibi ab universi domino revelatam tenent. — Recte de summi numinis facultatibus sapiens etiam societatem sapientissimorum suae religionis praedicatorum expetit cumque his et in posterum morabitur]. *His* (*scil. te unicum deum cum prophetis tuis profitentibus)* amicus, frater pater[5] — ve *es*, o Maṣda Ahura.

[1] Notio verbalis supplenda hic est a praecedenti *yaśtâ*.

[2] Apud Sp *yô*, apud. W. *ye*.

[3] *Mainyâtâ*, conj. impf. r. *man*. Apud Spieg. *mainyantâ*; apud W. *mainyâtâ*. Spiegelius versum reddidit sequentibus: Das Gegentheil wenn sie ihn beobachten.

[4] Instrumentales *śpĕntâ daênâ* determinant hic adjectivum *deng*. Bene tamen iidem instrumentales etiam verbalem hic e praecedenti *yaśtâ* subintelligendam notionem determinare possint, sensu: probus vero homo advertet (vel advertat) se, sanctissimae religionis ope, ad viros humanae salutis studiosos (*śaośyantô)*.

[5] Apud Spieg. et Westerg. *ptâ;* apud Brockh. *patâ*, quod expressi.

IV.

VATES LAMENTATUR DE NEGLECTU MAṢDAICAE RELIGIONIS PRAECEPTORUM DEQUE FLAGITIOSISSIMIS CONTRA SE ASSURGENTIBUS INIMICIS, RESUMENDOQUE ANIMOS, POSTQUAM SIBI ET RELIGIONI FIDOS AMICOS RECENSUERIT, SE, NOMINE DEI, BELLO ATROCISSIMO CONTRA MALEFICOS, UT QUI PROBIS OMNE SUUM SACRIFICAVERIT, DEVOVET.

IV.

VATES LAMENTATUR DE NEGLECTU MASDAICAE RELIGIONIS PRAECEPTORUM DEQUE FLAGITIOSISSIMIS CONTRA SE ASSURGENTIBUS INIMICIS, RESUMENDOQUE ANIMOS, POSTQUAM SIBI ET RELIGIONI FIDOS AMICOS RECENSUERIT, SE, NOMINE DEI, BELLO ATROCISSIMO CONTRA MALEFICOS, UT QUI PROBIS OMNE SUUM SACRIFICAVERIT, DEVOVET.

Yaśna XLV (XLVI), 1—19.

1.

In-qua [1] venerabor [2] *summum numen* terra? [3] Quo *ad*-adorationem *Deo praestandam* eam [4] [Ubi est terra, in qua adorationes meas quieto animo summo numini praestem? quo ad hasce debitas adorationes exercendas confugiam?]: procul-[5] *a se genus humanum*

[1] In var. W. est *kâm.* [2] *Nĕmôi,* impf. m. r. *nam.*

[3] *Ṣaṇm,* acc. a *ṣĕm.* Ut in locutione *kaṇm nĕmôi ṣaṇm accusativos loci* videam, monet me imprimis ultimus hujus strophae versus, qui, ut mihi videtur, logicam, aliquo modo, conclusionem praestat propositi, quod quasi statuitur primo versu. Spiegelius et Justius: welches Land soll ich preisen. [4] *Ayênî, imperat.* r. *i.*

[5] Significatio analoga praepositionis *pari* occurrit in Vedis: *pari ṇô hêtî rudrasya vṛǵyâḥ, pari tvêśasya durmatir mahî gât,* Rigv. II, 33, 14.

devotionis alacritatisque *in divinioribus capessendis* -mittit[1] [procul a se omnia, quae devotionem alacritatemque in divinioribus capessendis constituunt, mittit]: non me placidum-praestat[2] a-quo pia-opera *perficiuntur* [*i. e. perfici speciem prae se ferunt*] hicque[3] [hic etiam non me placidum praestat, — neque devotio, neque alacritas in hac praestanda, neque opera, quae nisi pia debent esse, nil horum inter mortales me delectat], neque regionis qui moderatores *sunt* improbi[4] *itidem pares sunt placidum et quietum me praestare*[5]. Quomodo *ergo* te, o Maṣda, placabo

[1] *Dadaitî*, praes. r. *dâ*, c. praep. *pairi*. Justius formam instr. substantivi esse admittit (Übergabe) vertitque cum Spiegelio hunc versum: nach dem ich die Selbstheit und den Gehorsam übergeben, mitgegetheilt habe. Secundum Spiegelium est forma verbalis, quod sensum non immutat. Mihi 3-a pers. s., impersonaliter, ut saepe, hic usurpata esse videtur referturque, si quid video, non ad vatem, sed ad homines ei coaevos, quum mox in sequenti versu *verĕṣenâ* nulla ex ratione ad vatem referri, neque notio τοῦ *verĕṣenâ* a notione *q̔aêteus* et *airyamanaś* unquam in gât̔is nostris disjungi, si bene locos, ubi haec vocabula occurrunt, perspexi, potest (Conf. y. XXXIII, 3, 4).

[2] *'Kś̔nâus*, impf. a *k̔ś̔nuś* — *k̔ś̔nu*.

[3] *Hećâ*, secundum Justium = *haća*, referturque ad *vĕrĕṣenâ*, quae vox, Clarissimo viro auctore, est casus instrumentalis (*vĕrĕṣenâ hećâ*, nach Willkür; — nicht stellen mich die zufrieden, welche nach (eigner. Wirksamkeit (Willkür) sind. Ego *he* = *ha* pro subjecto praedicati *k̔ś̔nâus*, relativum vero *yâ* pro instr. sing. m., *vĕrĕṣenâ* pro nominativo plur. cum subintelligendo praedicato *perficiuntur*, vel alio simili, accepi.

[4] Apud W. et in var. Sp. *drĕgvantô;* apud Sp. et in var. W. *drĕgvatô.*

[5] Substantivum *śâśtârô* habet hic, per zeugma, praedicatum in praecedenti verbo *k̔ś̔nâus*.

(*ἱλάσομαι* [1])? [Quum undique ab improbis circumdatus sim, est-ne in me te, o clementissimum numen, supplicare, ut placido in perversissimas creaturas sis animo?].

2.

Scio *equidem* hoc, quod [2] sum, o Maṣda, appetentiae-vacuus [3]; mea parva-res-familiaris [4] *est*; quodque paucis hominibus *sum* [5] [quodque nisi pauci sunt mortales, quos vere meos appellare possim]. Lamentor tibi [ad te cum lamentis meis confugio]: (ad-) [6] id -respice, Ahura, consolationem praestans [praestando], quod [qualem] vir-amicus amico praebuisset [7], *nempe* institutionem [8], *optimum istud* Bonae, prae-Sanctitate *tua*, emolumentum Mentis.

[1] '*Kśnaośâi*, praes. conj. m. r. *k̓śnuś* = *k̓śnu*.

[2] *Yâ*, pro sing. *yaḍ*, ut in Prâkriticis dialectis.

[3] Spieg. in Comm.: ohne Erwünschtes.

[4] Quod ad secundum nom. compositi membrum *fśva*, conf., indicante Spieg. (Comm. p. 368), *fśu* = *paśu*, Vsp. XIV, 3.

[5] Enunciatum pendet a praecedente *vaêdâ*.

[6] Particulam *â* hic ad *â-vaênâ* referendam puto repetitamque ad augendam, ut saepe, vim praedicati, dum efficiat quasi separatum praedicatum, principalis sensum suffulciens (confugio ad te cum lamentis meis, *obsecro*, respice id—, conf. y. XXXIII, 7, 8). Justius ad *iḍ* referre videtur: sieh du darein.

[7] *Daidîḍ*, pot. r. *dâ*.

[8] *Âk̓śô*, acc. s. ab. *âk̓śaṇh*.

3.

Quando, o Maṣda, qui amplificatores dierum [augentes hominum dies][1] mundi sustentaculo (ad-)[2] Incolumitatis [ad sustentandam, servandam incolumitatem in hoc mundo]-advenient[3] [quando demum advenient] efficacibus doctrinis Salvatorum ingenia [ingenia salvatorum efficacibus[4] doctrinis, i. e. qui vere sint generis humani salvatores, dum doctrinae eorum sint efficaces, non ut quae hodie per me et meos socios mortalibus proferuntur; praematura enim mors atque alia mala quae in mortalibus etiamnum saevire pergunt, quamvis corruptae humanae vitae rationis malarumque artium sint fructus, maloque penitus eradicando studeamus, occaecati tamen homines in flagitiis et malis inter se conservandis obstinatissime persistunt]. Quibus *mortalibus* [cujus aetatis, cujus

[1] *Yôi uk̓śânô* est *relativa determinatio* cum *appositionis* valore *subjecti k̓ratavô*.

[2] *Frô* (*fra*) eadem ratione hic est repetitum, ut *â* in praecedente stropha referturque ad *frârĕntê*, cujus vim auget.

[3] *Frârĕntê*, praes. m. r. *ar*. In var. W. *frârĕntî*. Spieg. in Comm.: Sie gehen mit gethanen Lehren, d. h. ihr Wandel ist ein solcher, dass sie das, was sie lehren, auch wirklich erfüllen.

[4] *Vĕrĕṣdâis śenġaîs* retuli ad *k̓ratavô*, ut *attributivam* determinationem, nisi mavis ad τὸ *frârĕntê* referre, ut sit: *quando demum advenient cum efficacibus doctrinis*, quod in universum eundem sensum praebet.

seculi hominibus] utilitati Clementi *tua* advenient [1] *ista* Mente? Mihi tuas indicationes [2] eligo [3], o Ahura [eligo tuas mihi indicationes = me penitus indicationibus mihi a te impertiendis dedo, i. e. his unice studeo, omnibus animi affectibus indicationes has expeto].

4.

At hos perversus quos Puritatis promotores arcuit [4] boves a libero-gressu [5] [arcuit boves promotores pu-

[1] *Ǵimad*, impf. r. *ǵim* — *ǵam*, praedicatum in sing. n. cum subintelligendo subjecto in numero plur. (*tâ*).

[2] Spieg. et var. W. *śanśtrâ*; W. et var. Sp. *śanśtrâi*. Justius praefert lectionem Westergaardii versumque reddit sequentibus: ich wähle mir dich zur Belehrung, o Ahura.

[3] *Vĕrĕnê*, praes. m. r. *var*. [4] *Pâḍ*, impf. r. *pâ*.

[5] *Frôrĕtôis*, gen. a. *frôrĕti*. *Pâḍ gâo frôrĕtôis*, er hält ab die Kühe vom Vorwärtsgehen, J. Lectio Westergaardii est *gâofrôrĕtôis*, quam vir Clarissimus Spiegelianae praefert interpretando phrasin: der Schlechte hält sie ab vom Vorwärtsgehn der Kühe, d. h. macht, dass ihre Kühe nicht vorwärts gehn (J.). Ad hanc interpretationem, sub *teng vaśdreng*, non *boves*, sed probi, hique primarii, homines injuriis a praepotente maṣdaicae religionis inimico vexati sunt intelligendi. Me, ut hic sub *bovibus* non peculium proprie rei familiaris, sed altioris indaginis aliquod symbolum intelligam, persuasit ἐπίθετον *paťmeng hućistôis*, quod vates hisce bovibus in ultimo strophae versu tribuit, quamvis *pluralis* numerus de *bove*, allegorico sensu hic usurpatus, non adeo facile explicari potest. Res, secundum me, ita est explicanda, ut ὁ *drĕgvâo* rapinis, sive aliis injuriis, revera Ṣaraťustrae asseclarum *boves* a libero per pascua gressu cohibuerit, occasionemque hanc arripit vates vim, quae physicis bobus inferebatur, ad rerum naturam (bovem primigenam) referre. Secundum Spieg., *gâo* est accusativus determinativus: in Bezug auf die Kühe (Comm. p. 370).

ritatis a libero gressu] regionis-ve pagi-ve [quod boves, puritatis promotores, arcuit a libero per regiones pagosque gressu = quod ipsas rerum divinas naturas, quae jam, Ṣaratustra duce, per regiones et pagos meliores dignosque hominibus mores propagabant, cohibuit, ideo —], malignus-animo quum-sit [1] [δυςμενὴς ὤν, scil. iste perversus homo], suis operibus [2] totum-per-mundum notus [3] *jam factus*, qui *ergo* hunc [4] auctoritate, o Maṣda, deluserit [5] [privaverit] vita-ve [ipsa-ve vita generi humano perniciosa], hic ad-hos (-ad [6]) boves, receptacula sapientiae, -advenerit [7] [hic de genere humano deque sapientia, generis humani salvatrice, se bene meriturum praestabit, huicque sic debitum in terris vigorem reddet].

[1] *Haṇś*, nom. partic. praes. r. *ah* (*haṇḍ*).

[2] In var. Spieg. est *skyatnâis*.

[3] Spieg. *ahûm uśtô*; W. *ahem-uśtô*. Participium *uśtô* refero ad *vaṇh cum* significatione *lucere*, quod sensum: *clarus*, *notus* sat commode praebere mihi visum est. Spiegelius reddit vocabula ad traditionis indicationem: todeswürdig. Forsan: mundum comburens. Novissime Clariss. vir in Comm. (p. 376) novam conjecturam addidit: der sich einen Ort erwählt hat (von *vaś*); quod si rectum, voces *qâîs skyaotanâis* ad *ahûm uśtô* referantur necesse erit.

[4] Apud W. et Sp. *yaśtĕm*; in var. W. *yaśteng*.

[5] *Moîtaḍ*, impf. r. *mit*. '*Kśatrâḍ môitaḍ*, er bringt ihn um die Herrschaft, J. Conjectante Spieg. (Comm. p. 370) *moitaḍ* derivatur a *mit* sensu *jungere*, ut quae radix cum ablativo: *von etwas rennen* significare potuerit.

[6] Praepositio *frô* refertur ad verbum *ćaraḍ*.

[7] *Ćaraḍ*, impf. r. *ćar*. In var. W. est *ćarâḍ*.

5.

Qui vestrum [1] potens [potestatem assumendo] non-concedens injuriose [2] aggredienti [3] de-jure-ve [4] [neque de jure], bene-sapiens, de-pactis- [5] ve [neque de pactis], in-rectitudine*que* ingruens [6], qui incolumis *dum sit* [ipseque incolumis adoriundo maleficum], hic arbiter [7] existens (*ὤν*) [factorum suorum aequissimi arbitri munus gerundo] hoc [scil. adoriundi

[1] In var. W., Sp. et apud Br. *vâo;* in editionibus typis expressis: *vâ*.

[2] *Dritâ*, instr. a. *dritâ*. *Dritâ ayantĕm*, der mit Leiden herbeikommt, J.

[3] *Ayantĕm*, acc. s. m. part. praes. r *i*.

[4] *Urvâtôis*, gen. s. ab *urvâiti*. Vom Gesetze aus (Sp. Comm. p. 371).

[5] *Mit̓rôbyô*, abl. plur. a *mit̓ra*. Hunc ablativum et genit. *urvâtois* retuli ad partic *adaṇś*, quod praedicati vice fungitur, ambobus casibus saepe, quum ad idem praedicatum pertineant, diversa solummodo flexione, eandem constructionem exprimentibus. Spiegelius refert vocabula ad *huṣentus* (Kundig aus dem Gesetze oder aus den Verträgen), quem et Justius sequi videtur (*mit̓rôbyô*, aus den Verträgen (kundig).

[6] W. et Sp. *ǵavaṇś*. In var. W. est *ǵvaṇś*; in var. Spieg. et apud Brockh. *ǵvôhaṇś*. Secundum J., *ǵavaṇś* est nom. s. part. praes. r. *ǵu* vivere (*ǵavanḍ*, — *raśnâ ǵ.*, recht lebend); in eodem versu occurrens accusativus *drĕgvantĕm* mihi participium hoc ad. r. *ǵu* (*ṣu*), *currere*, *festinare*, qui et in Sanscrita lingua eandem significationem tuetur, referre suasit. Si opinio me non delusit, etiam *raśnâ* hic forsan significationem adverbii *directe*, *recta* habet.

[7] In var. W. est *vîćarô*. Totum hunc versum Clarissimus Justius interpretatur sequentibus: er, indem er (selbst) entscheidend ist, bekennt sich damit zur Angehörigkeit (an die Gottheit).

hostis factum causasque] (ad- [1]) intimae-devotioni-*suae* -nunciat [2] [reddat rationem de decisione sua divinae religioni, quae perfectissimam ab eo, utpote a justo et honesto homine, devotionem flagitat, hostemque impugnet]: *hic* excelsus [3] illum [scil. maleficum], o Maṣda, deprimet [4], Ahura.

6.

At qui hunc (sc. maleficum) non vir potens [5] aggredietur [6] [qui vir, potestatem habendo, non aggreditur maleficum], diaboli hic ad-creaturas [7] ferocis [8]

[1] Adv. *frô* refer ad *mruyâḍ*. [2] *Mruyâḍ*, pot. r. *mrû*.

[3] Apud W. et Sp. *uṣûitʹyôi*; in var. W., Sp. et apud Br. *uṣûitʹyô*. *Uṣûitʹyôi* (loc. ab *uṣûitʹya*) — *k̓rûnyâd*, secundum Spieg. et J.: er ist erhaben über die Bedrückung.

[4] *ʿKrûnyâḍ*, secundum Sp. et J., est ablat. a *k̓rûnya*. Vocabulum pro potentiali r. *k̓rûn* — *k̓rû* accepi, qui et cum lectione a me recepta *uṣûitʹyô* bene mihi quadrare videtur, et usitatum formae *îm* accusativi sensum non immutat.

[5] Apud W., Sp. et Br. *iśmanô*; in var. Sp. et W. *iśĕmnô*. Forma est partic. m. r. *iś*, secundum Spieg. et Just., cum sensu *desiderare*, *velle* (willig); me valor participii *k̓śayaṇś* in praecedenti stropha, in hac etiam analogum sensum quaerere idque ad r. *iś* in significatione *posse* referre persuasit, quod in versione mea expressi.

[6] *Âyâḍ*, conj. r. *i* c. praep. *â*: welcher Mann diesem nicht naht, J. (sub *yâ*).

[7] Apud W. et in var. Sp. *dâmaṇn*; apud Sp. et in var. W. *dâmaṇm*.

[8] Apud W. *haêtʹahyâ*; apud Sp. et in var. W. *haêtʹyahyâ*; in var. W. est *haitʹahyâ*, quam lectionem si admittas scribarum errore pro *haitʹyahyâ* natam esse, sensus phraseos erit: hic veniet ad creaturas *veri* diaboli, non alius scil. quam diaboli, i. e. certissime fiet diaboli. Quum *haetʹa* ἅπ. λεγ. sit, nescio an melius esset versui huic genitivum *haitʹyahyâ*, pro *haetʹahyâ* (vel *haêtʹyahyâ*) adoptare.

veniet [1] [hic persona sua creaturas diaboli augebit, fiet una ferocissimi diaboli creaturarum]. Ille enim malus *est*, qui malo *est* optimus [malefico enim morem gerens propensisque animi affectibus illum amplectens, ipse est malus]; ille innocuus cui innocuus est amicus [neque amicum integrum hominem habere nisi integer potest], — prout [2] sacrae-leges *dicunt* creaturae [3] primigenae [i. e. antiquissimae humanae leges, proprie: leges primis hominibus a summo numine revelatae quaeque his usitatae et quasi innatae fuerunt].

7.

Quem, quaeso, o Maṣda, mei-simili (i. e. mihi, ut par me est) defensorem constituit-quis [4] [quem a quolibet constitutum defensorem habui —], quando me maleficus speculabatur [5] mălo-inferendo [quando maleficus me ex insidiis, ad inferendum mihi malum speculabatur] alium tuo Igneque Spirituque [praeter

[1] *Gâḍ,* impf. r. *gâ.* [2] W. *yyaḍ*; Sp. *hyaḍ.*

[3] *Dâo*, gen. a *dâo*, secundum Justium, quem in Latine reddendo vocabulo sum secutus. Ceterum, ni me sententia fallit, in *dâo* aoristus. r. *dâ*, si *daenâo paouruyâo* pro accusativis pl. accipias, facillime est agnoscendus, ultimusque strophae versus reddi possit sequentibus: prout posuisti (fecisti) institutiones primas (i. e. quas primigeni homines sequebantur). Conf. y. XXXI, 11, ubi, simili analogia, ad accus. plur. τοῦ *daêna* relata est radix *taś.*

[4] *Dad'âḍ*, impf. r. *dâ*. In var. W. est *dadâo* et *dadâ.*

[5] *Dîdarĕśatâ*, desider. impf. m. r. *darĕś.*

tuum ignem spiritumque] [1], quorum factis [2] [effectu, vi, quorum ope] Integritatem protegis [3], o Ahura? Hoc mihi auxilium religioni *tuae praestandum* effare [4] [decerne,— nunc etiam simile auxilium tuum me experiri facias].

8.

Qui-ve mihi quae bona *sunt* [meam rem familiarem] donanda-destinat [5] homini-scelesto, non illum mea ultio factis [6] [re, oppositione videl. a me facta] percutiet [7]: rependendo [8] ipsa-haec [9] illi [illum] advenient [10] cum-invidia corpus *ejus* ad [venient ad ejus corpus = directe ad auctorem noxae, ut debitas poenas illum luere faciant, venient], quae illum a-honesta-vita detinuerunt [11] [aggressorem scil. maligni sui ipsius animi affectus punient]: *his nempe ille pu-*

[1] Conf. y. XXXI, 3 et 19. [2] Apud Br. *skyaot̀nâis.*

[3] *'Traostâ* perf. participiale r. *t̀ruś. Yayâo skyaot̀anâis aśĕm t̀raostâ*, durch deren Thaten du die Reinheit nährtest, J.

[4] *Frâvaoćâ*, imper. r. *vać.*

[5] *Dasdî*, i. q. *daśti*, praes. r. *dâ.* In var. W. est *dasdê.*

[6] In var. Sp. et W. *skyaot̀nâis.*

[7] *Frôśyâd*, impf. conj. r. *śâ.* In var. W. est *fraośyâd.*

[8] *Paityaoged*, partic. praes. indecl. r. *aog.* Versum Clarissimus Justius interpretatur sequentibus: herzukommend kommt ihm jenes durch die Peinigung. In var. W. est *paiti yaogĕd.*

[9] *Tâ*, nom. plur. n. r. *ta.* Subj. in n. pl. cum praedic. in sing.

[10] *Ǵaśôid*, pot. s. r. *ǵaś.* In var. Br. est *ǵaśad.*

[11] Conf. yt. XXII, 32—34, ubi anima impii hominis tribus passibus factis, omnes suas malas cogitationes malaque verba et opera perlustrat continuoque aeternis tenebris dicatur.

nietur, non probrosae-vitae qualibet, o Maṣda, invidia [propriis suis flagitiis, quorum, eamque ab iis inseperabilem, omnem invidiam illum perpeti fas est, non mea erga se quacunque invidia scelestus iste aggressor punietur].

9.

Quis *est* hic, qui me munificus instruxerit [1] primus [2] quomodo te benignum exaltemus [3] in-factis [4] [exaltemus revera, i. e. verbis tuam magnitudinem, prout par est, aequando, vere scil. et convenienter magnitudinem tuam pernoscendo], *te*, sanctum, Dominum, innocuum? Quae tibi *sunt* pura (i. e. omnis tum absolutissima, quae in te est, perfectio), quae*que* pura Bovis-primaevae creator effatus est (tum perfectio, quam rerum creatio manifestavit) expetunt me *omnia* haec tibi [apud te, per te, — tua] Benigna Mente [Quum in te, o excelsum numen, unicum defensorem habeam (str. 7), quum adeo meos religionisque tuae inimicos, non aliquo odio, sed, ex justissimis tuis decretis, ipsos flagitiis suis perditum iri perfectissime sciam, quis ergo est cui primo hanc pretiosissimam tui cognitionem debeam, eamque possidendo, de te verissima loqui teque convenienter praedicare

[1] *Ćôit̓aḍ*, impf. conj. r. *ćiḍ*. In var. Br. est *ćôit̓ôiḍ*.

[2] In var. W. *paouryô*.

[3] *Uṣĕmôhî*, praes. r. *uṣ*. *Yat̓â t̓wâ — uṣĕmôhî*, wie wir dich erheben, J.; W. *uṣemôhû*.

[4] W. et Sp. *skyaot̓anôi*; var. Sp. *skyaot̓nôi*. Est loc. a *skyaot̓na*.

par sim, tuique cognitionem, ad vere de te sentiendum et déclarandum, etiam aliis impertiam? quis largitor hujus maximi mihi impertiendi beneficii extitit? — Si sunt homines, qui te, summa benignitate tua, pariter ac ego mihique conjuncti (str. 10), adorent, si multum, quod in me sit, boni jure ad eos redierit, attamen justam cognitionem tui, o sanctissimum numen, tibi ante omnes debeo. Tum propria enim divinae indolis tuae absolutissima perfectio, tum quae luculentissime tua opera, haecque rerum natura, enarrant, non possunt quin me ex silentia mea rapiant [?] potentissimeque, ut de te mortalibus praedicem, flagitent].

10.

Qui-ve mihi[1] [apud me, ad desiderium meum, ut me desiderare par est], vir femina-ve, o Maṣda Ahura, reddat[2] mundi quae tu nosti[3] optima, *nempe*

[1] *Môi* non puto hic stricte significationem pronominis pers. tueri neque referri ad praedicatum *dâyâḍ*, sed potius adverbii quodammodo partibus fungi, ut ex. gr. in Latina phrasi: hic *mihi* bonus est civis (i. e. ad. opinionem meam, certe, cet.).

[2] *Dâyâḍ*, pot. r. *dâ*. Ut praedicati *dâyâḍ* remotius objectum non in *môi* sed in *aśâi* videam, monet me duorum ultimorum strophae versuum clarissimus sensus, quorum in 1-mo de conversis masdaicae religioni a Ṣaraťustra hominibus agitur; extitisse autem vatis nostri tempore alios, qui, non Ṣaraťustrae ope, sed per *traditionem* antiquum unici dei cultum conservaverint, vates tum y. XLII, 14 prodit, tum de his etiam tribus primis strophae versibus loqui mihi videtur. Quod ad notionem *omnia summo numini tribuendi* conf. imprimis y. XXXIII, 14, et XLII, 2.

[3] *Voîśtâ*, praes. r. *vid*.

